4° M 206 1,V,1

Hanovre

Anonyme ou Collectif

Monumenta Germaniae historica

Libri pontificalis

MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI


GESTORVM PONTIFICVM ROMANORVM

VOL. I

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCVIII

MONVMENTA

GERMANIAE



HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

GESTORVM PONTIFICVM ROMANORVM


VOL. I

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCVIII

GESTORVM

PONTIFICVM ROMANORVM

VOL. I.



LIBRI PONTIFICALIS

PARS PRIOR.

EDIDIT

THEODORVS MOMMSEN.

ACCEDVNT TABVLAE QVATTVOR

4° M
206
(1,V,1)

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCVIII

LIBRI ADHIBITI:

Libri infra expressi litteris diductis ad hanc editionem collati sunt toti, reliqui ad specimen, id est ad Petrum (I); a Sotere (XIII) ad Anterotem (XX) ad principia (scilicet ad nomina et spatia episcopatus); ad Cornelium (XXII); a Marcellino (XXX) ad Miltiadem (XXXIII) ad principia; in Silvestro (XXXIV) ad locos hos: p. 48, 18 *hic fecit constitutum* ... p. 52, 7 *per diversa loca lxu* — p. 60, 3 *possessio quod donauit* ... p. 60, 15 *cordionon praest. sol. dccc* — p. 64, 5 *coronam ex argento purissimo* ... p. 66, 4 *dona uoti sui* — p. 68, 17 *item quod obtulit gallicanus* ... p. 69, 1 *praest. sol. lui;* ad Leonem I (XLVII); ad Vigilium (LXI) usque ad p. 152, 6 *sunt de ecclesia;* ad Honorium I (LXXII); ad Vitalianum (LXXVIII). Qui libri quo loco adhibiti sint, ostendit margo inferior.

EPITOMAE RECENSIONIS PRIORIS:

F = Feliciana epitome edita integre p. 229—263.
- F^1 = Parisinus 1451 saec. VIII fin. p. LXX.
- F^2 = Vaticanus reginae 1127 saec. IX p. LXX.
- F^3 = Bernensis 225 saec. IX p. LXX.

K = Cononiana epitome edita usque ad Felicem IV p. 229—263.
- K^1 = Parisinus 2123 saec. IX p. LXXI. XCIV.
- K^2 = Veronensis cap. LII saec. IX p. LXXI. XCIV.

CLASSIS PRIMA LIBRORVM PLENORVM:

A^1 = Lucensis 490 saec. VIII p. LXXIV
W^1 = Vaticanus 629 saec. XI p. LXXVI.
W^2 = Florentinus bibl. nat. I. III. 17 saec. XII p. LXXVII.
W^3 = Florentinus Laur. 23, 4 saec. XVI p. LXXVII.
W^4 = Florentinus Ricc. 321 saec. XV. collatus ad Leonem I. solum p. LXXVII.
A^2 = Florentinus Laur. S. Marci 604 saec. X. deficit p. 128—153 et inde a p. 200; praeterea multa omissa sunt p. LXXVIII.
A^4 = Havniensis 1582 saec. XII. finit p. 52, 6 p. LXXVII.
D^1 (D nude in vita Silverii) = Parisinus 5516 saec. IX inde a Silverio (LX). contuli praeter locos speciminis vitam Silverii p. LXXIX.
X^1 = Vaticanus reginae 1896 saec. XIII. non pervenit nisi ad p. 89—166 p. LXXIX.
X^2 = Parisinus bibl. Mazar. 2013 saec. XII p. LXXIX.
X^3 = Parisinus bibl. Armam. 988 saec. XIII p. LXXIX.
A^6 = Vaticanus 5269 saec. XIII p. LXXIX.
Freh. = Freherianus deperditus p. LXXIX.
A^6 = Vindobonensis 632 saec. XI/XII. finit p. 185 p. LXXX.
A^7 = Monacensis 4112 saec. XII. deficiunt p. 149—154. finit p. 180 p. LXXX.
Y = Mediolanensis Ambros. H 111 sup. saec. XVI. collatus in locis speciminis supra dictis usque ad Callistum p. LXXX.
A^3 = Parisinus 317 saec. XII p. LXXXI.
Z^1 = Florentinus Laur. Ashburnham. 1814 saec. XI/XII p. LXXXI.
Z^2 = Parisinus 4999 A saec. XIV p. LXXXI.
} epitome.

CLASSIS SECVNDA LIBRORVM PLENORVM:

C^3 = Bernensis 408 saec. IX p. LXXXI.
C^2 = Guelferbytanus Augustanus 10. 11 saec. IX p. LXXXII.
C^4 = Parisinus 5140 saec. XI p. LXXXIII.
B^4 = Leidensis Vossianus Q. 41 saec. IX p. LXXXIV.
B^1 = Neapolitanus IV. A. 8 saec. VII fin.; deficit p. 119 p. LXXXIV.
B^3 = Coloniensis 164 saec. IX p. LXXXVI.
B^2 = Parisinus 13729 saec. IX p. LXXXVI.
T = Taurinensis F. IV. 18 saec. VIII ad p. 129—131 p. LXXXVIII.
Q = Trevirensis 1341 saec. XII/XIII p. LXXXIX.
B^5 = Bruxellensis 8380 + 9012 saec. IX/X incipiens p. 27 p. LXXXIX.
B^6 = Vindobonensis 473 saec. X p. LXXXIX.
B^7 = Mediolanensis Ambrosianus M 77 sup. saec. IX/X p. LXXXIX.
D^1 = Parisinus 5516 saec. IX a Petro (I) ad Agapitum I (LIX) p. XC.

D^2 = Leidensis Vulcanii 58 saec. XII p. XC.
C^1 = Leidensis Vossianus Q. 60 saec. VIII/IX. collatus praeter locos speciminis ad Vigilii (LXI) vitam totam et ad vitam Sergii I (LXXXVI) p. XCI.
C^6 = Vindobonensis 388 saec. XI/XII p. XCI.
P^1 = Florentinus Laur. 20, 10 saec. XII. finit p. 183 p. XCII.
P^2 = Parisinus 16897 saec. XII p. XCII.
O = Vaticanus Ottobonianus 2629 saec. XV. collatus ad speciminis locos usque ad finem vitae Cornelii itemque ad Vitalianum p. XCII.
N = Monacensis 14387 saec. IX, epitome p. XCIII.

CLASSIS TERTIA LIBRORVM PLENORVM:

E^5 = Farnesianus deperditus saec. IX incipiens p. 145 p. XCIV.
G = Vaticanus 3761 saec. X incipiens p. 84 p. XCVI.
E^6 = Florentinus Laur. 66, 35 saec. XV p. XCVI.
E^4 = Mutinensis VI. F. 5 saec. XI p. XCVII.
E^1 = Vaticanus 3764 saec. XI p. XCVIII.
E^7 = Vaticanus 296 saec. XII ad p. 222—226 p. CI.
E^2 = Parisinus 5143 saec. XIV incipiens p. 146 p. CI.
S = Vaticanus 1340 saec. XIV, epitome p. CII.
Mut. = Mutinensia excerpta ord. I. 12 saec. VII/VIII p. XCIII.
H^1 = Vaticanus 3762 saec. XII, epitome Petri Guillermi p. CIII.
H^2 = Romanus Vallicell. C 79 saec. XV, epitomei eadem continuata p. CIII.
Cr. = editio Petri Crabbii a. 1538 p. CVII.
Mog. = editio Moguntina a. 1602 p. CVIII.

P in margine significat Pontificalis textum plenum oppositum epitomatis.
I. II. III numeri in margine adscripti ibi, ubi libri differunt, codicum classes tres distinguunt; quinam libr singulis locis intellegantur, declarat adnotatio.
FK aut *F* aut *K* in margine praescribuntur locis in epitomis aut diverse relatis a Pontificali aut in hoc omissis.
⟨ ⟩ quae comprehenduntur, adsunt in epitomis Feliciana et Cononiana aut ambabus aut altera utra, a Bonifatio II (LVII) ad Cononem (LXXXV) in sola Cononiana.
⟨ ⟩ quae comprehenduntur habet sola epitome Feliciana.
⟨ ⟩ quae comprehenduntur habet sola epitome Cononiana.
p c minusculae litterae adiectae ad codicis notam significant lectionem primitivam illa, haec emendatam; altera utra ubi sola reperitur, lectio quae non ponitur consentit cum textu.
rel(iqui) codices in apparatu intelleguntur qui ad hunc locum collati sunt secundum classes sub textu recensiti exceptis iis, quorum lectio enuntiatur. exempli gratia 30, 10 ubi sic est: 'noctu *II (rel.) III (rel.), om. I (rel.)*', intellege *noctu* esse in classium II et III libris omnibus praeter $B^{6\cdot7}F^4$, quorum lectio affertur, abesse ab omnibus cl. I praeter $A^{5\cdot6\cdot7}Vreh.$ nominatos inter eos qui habent *noctu*.
etiam in apparatu ubi ad lectionem aliquam adscribitur, intellege de eadem lectione apud editores priores non recte referri.
om. in apparatu refertur ad uocabulum proxime praecedens solum; plura ubi deficiunt, ea diserte repetuntur.



PROLEGOMENA.

CAPVT PRIMVM.

LIBRI PONTIFICALIS ORIGO ET AETAS.

Ecclesiae Christianorum ex quo episcopatum singularem admiserunt, potiores earum probabile est episcoporum suorum laterculos formavisse nomina spatiaque praesulum enuntiantes ad exemplum quodammodo indicum imperatoriorum [1]), non ad usus vitae quotidianae, cum ad annos designandos etiam Christiani secundum legem publicam fastis consularibus vel in Aegypto et in Oriente laterculis imperatoriis uterentur [2]), sed memoriae causa. Eiusmodi laterculi cum necessario ad ipsos ecclesiarum conditores redirent, ab apostolis quae institutae credebantur, continuum inde praesulum ordinem efficere potuerunt etiam per tempora antiquiora non necessario ficticium; nam collegiis episcoporum plurium sive presbyterorum, quae singularem episcopatum praecesserunt, verisimile est primarios sacerdotes ita praesedisse, ut facile pro monarchis procederent [3]). Ad ecclesiam Romanam quod attinet, quamquam singulare episcopium

[1]) Praesidum laterculos similes formatos esse certe in provinciis iis, quae tempora per eorum nomina enuntiare solent, praesertim in Asia minore, verisimile est, quamquam certis argumentis nondum stabilitum. [2]) Primus ex episcopis Romanis Hadrianus I a. 781 desciscens ab imperio Constantinopolitano annis imperatoriis substituit suos episcopales (Bresslau *Urkundenlehre* 1, 836). [3]) Primordia episcopatus monarchici cum omnino quaerenda sint in provincia Asia, comparari poterit consuetudo quae ibi obtinuit municipalis, ut civitati praeessent quidem ἄρχοντες numero plures, sed in instrumentis publicis plerumque unius tantum eorum nomina ponerentur formula recepta *τῶν περὶ τινα*. Ita in titulo Aphrodisiensi C. I. Gr. 2760 nominantur *ἄρχοντες οἱ περὶ Αὐρήλιον . . . Βλάστον*, in Theraeo l. c. 2457 ἄρχοντες tres, eorum primus *ὁ πρῶτος ἄρχων*, in decreto item Theraeo anni fere p. Chr. 149 nuperrime reperto (Hiller a Gaertringen inscr. Graec. insularum n. 325. 326): *ἐπὶ ἀνθυπάτου Μουμμίου Σεισέννα, ἀρχόντων δὲ τῶν σὺν Τι. Ἰουλίῳ Κλέωνι*. Similia passim inveniuntur.

haec per totum saeculum primum vix admisit, certe inde a vergente saeculo secundo episcoporum eius laterculus extitit ita formatus, ut Petrum non solum ecclesiae urbis Romae creatorem faceret, sed item conditorem episcopatus singularis et ab eo incipiens decurreret ad tempora posteriora. Temporum quoque spatia ad singula nomina iam ea aetate adscripta fuisse non dubitatur; etiam res gestas, scilicet quae ecclesiam tangerent, a laterculis non prorsus afuisse verisimile est. Primitivus hic episcoporum Romanorum index fundamentum est vitarum pontificum Romanorum corporis quod edimus pseudo-Damasiani (sic enim appellabimus); scilicet nomina eius et spatia ut ex parte ficticia sunt, ita ab antiquissimo illo laterculo non recedunt nisi uno loco, nimirum qui nunc in indice quintus est Anencletus, eum constat effectum esse ex nomine episcopi tertii Cleti male geminato et immutato. Sed ecclesiae Romanae primordia episcopalia difficultatibus multis et gravibus obnoxia hoc loco non explicabuntur [1]); alium locum et ampliorem ea sibi postulant atque praefationem corpori vitarum episcoporum eorum per medii aevi tenebras composito praemittendam. Missis igitur reliquis episcoporum Romanorum laterculis tam inserto chronicis Eusebii et Hieronymi quam quos habent scripta ecclesiastica alia, solummodo hoc loco tractabimus indices vitarum duos seorsum traditos hoc nostro corpore pseudo-Damasiano anteriores et ipsos in id receptos; adiungemus item fragmentum corporis vitarum Damasiano similis ab hoc non separandum.

Antiquior duorum indicum illorum is videtur esse, qui non habet nisi nuda pontificum nomina eorumque spatia per annos menses dies. Indicem (sic enim nude eum appellamus) tradiderunt corpora constitutionum ecclesiasticarum a sexto inde saeculo passim compilata; sed probabile est eum multo ante conscribi coeptum esse, fortasse tum cum ecclesia Romana pro Graeca Latinam linguam adoptavit. Indicem cum infra (p. XXXIII—XL) in tractatu de auctoribus ad corpus Damasianum conscribendum adhibitis edidimus coniunctum, ubi item (p. XXIX—XXXII) librorum qui eum servaverunt recensum damus, adscripsimusque praeterea ad singulas corporis Damasiani vitas spatia in eo tradita.

Certae aetatis laterculus secundus est insertus chronographiae urbanae conscriptae sub Constantino I a. 334, continuatae sub Constantio II ad a. 354, finiens in episcopo tum sedente Liberio, a quo nomen traxit hodie usurpatum Liberiani. Praeter alia communiter utilia continentur eo complura spectantia ad urbem Romam: laterculus praefectorum urbi, dies depositionum episcoporum eius a Lucio ad Iulium, feriale ecclesiae Romanae, laterculus episcoporum cum spatiis suis gestisque, denique chronica urbis Romae imperatoriae potissimum aetatis digesta ad imperatorum tempora. Chronographia tota cum edita sit in primo volumine chronicorum nostrorum minorum, episcoporum recensum (l. c. p. 73—76) non repetimus coniunctum, sed et in tractatu de spatiis episcoporum (infra p. XLIII—XLVII) Liberiana cum reliquis composuimus et ipsum catalogum adnotationi nostrae integrum inseruimus ad singulos episcopos divisum.

Corpus vitarum, quod diximus simile esse Damasiani, nobis appellatum Symmachianum, non integrum ad nos pervenit. Servavit partem eius extremam codex bibliothecae capitularis Veronensis n. XXII (20) saec. VI potius quam VII. Deficiente quaternione primo et primo folio (cum octavo) quaternionis secundi eiusdem quaternionis folia secundum tertium quartum, cuius pagina altera tota fere vacat, continent vitarum episcoporum Romanorum partem extremam; in folio quod sequitur, codicis hodie quarto,

[1]) De originibus ecclesiae Romanae et nuperrime et plane egregie exposuit Adolfus Harnack (*die ältesten christlichen Datirungen und die Anfänge einer bischöflichen Chronographie in Rom* in actis minoribus academiae Berolinensis a. 1892 p. 617—658; conferendus item commentarius cardinalis Francisci Segnae 'de successione Romanorum pontificum' editus Romae a. 1897). Mei labores quod non tam imperfecti evaserunt quam expectandum fuit in libro ecclesiastico ab homine mimine ecclesiastico recensito, eo effectum est, quod eundem Harnackium in magnis minutisque perpetuo consulere potui.

integri olim tertio decimo (quaternionibus, qui integri supersunt, inde a tertio a manu prima in fine inscripti sunt numeri) incipit Hieronymi commentarius de viris illustribus cum auctario Gennadii, quem excipiunt gesta Acaciana (Maassen *Quellen* 1 p. 763). Supersunt ex pontificum vitis Anastasii II pars extrema et tota vita Symmachi, cui numerus praefigitur LII, copiose enarrata; his subiuncta episcoporum nomina LIII—LX ab Hormisda ad Vigilium additis spatiis cum gesta nulla habeant adscripta, videntur adiecta esse a librario fortasse ipsius huius codicis. Scripsit igitur auctor sedente Hormisda et quidem, ut observat Duchesnius, durante schismate eo quod finem habuit a. 519. Folia novem quae desiderantur si non continuerunt nisi catalogum paparum, singula quinas fere vitas habuerunt. Potest recensus hic Liberianum continuavisse: sed obstat, quod auctor corporis Damasiani quamquam catalogum Liberianum adhibuit, corpus Symmachianum ignoravit. — Ediderunt quae ex eo supersunt corporis Damasiani editores Franciscus et Iosephus Blanchinius (vol. 3 a. 1728 p. 209 imperfecte, plene vol. 4 a. 1735 p. LXIX) et sub titulo fragmenti Laurentiani, propterea quod auctor favet Symmachi adversario Laurentio, Duchesnius (vol. 1 p. 43—46 cf. p. XXX). Mihi codicem denuo contulit Edmundus Hauler diligentissime et ipse quoque eum recognovi. Reliquias has commentarii Damasiano antiquioris et longe praestantioris, quamquam inter eas et corpus Damasianum nulla coniunctio intercedit, nos una cum ea proponimus, ut leguntur in codice Veronensi. Lineola | significat puncta, quibus in codice passim commata separantur.

[ad] ‖ imperatorem Anastasium directa per Cresconium et Germanum episcopos, | *f. 1* quae tanta scribturarum caelestium auctoritate suffulta est, | ut qui hanc intenta mente sub divino timore perlegerit, | inaniter hactenus inter ecclesias Orientis | et Italiae | schisma tam nefarium perdurare cognoscat.

LII: Symmachus sedit annos quindecem menses septem dies viginti et septem. cum hoc autem fuerat Laurentius Romanae ecclesiae presbyter ordinatus episcopus tantaque clerum ac | populum Romanum discordia feralis invaserat, ut nec divina consideratio | nec metus regius partes a propria conlisione cohiberet. | tunc coguntur | utrique, | Symmachus scilicet et | Laurentius, regium subituri iudicium petere comitatum. | ibi Symmachus multis pecuniis optinet; Laurentius ad gubernandam ecclesiam Nuceriam Campaniae civitatem plurimis coactus minis | promissionibusque dirigitur. | post aliquod autem annos pro multis criminibus aput regem Symmachus accusatur. quem rex | sub occasione paschali, | quod non cum universitate celebraverat, ad comitatum convo[cat] rationem d[e tantae] festivitatis dissonantia ‖ redditurum: fecitque apud Ariminum reseder[e. *f. 1'* d]umque ibidem cum suis clericis aliquantisper moratur, promeridianis horis super litus maris ambulans vidit mulieres inde transire, cum quibus accusabatur in scelere: quae comitatum petebant regia iussione. dissimulans ergo se | scire quod viderat nocte media dormientibus cunctis cum uno tantum conscio fugiens regreditur Romam | seque intra beati Petri apostoli septa concludit. | tunc presbyteri et diaconi | nec non reliqui clericorum, quos secum deduxerat, | adeunt regem et sine sua conscientia | Symmachum fugisse testantur. | per quos rex | tam ad senatum quam ad clerum praecepta | super eius quodam modo damnatione transmittit. | accusatur etiam ab universo clero Romano, quod contra decretum | a suis decessoribus observatum ecclesiastica dilapidasset praedia | et per

4 tam schisma *cod.* cognoscit *cod.* 11 nucerinam *cod.* 14 *versus hiat:* /// r*(vestigium tantummodo)*ationem *(littera exesa, sed satis certa)* h *(vel* l *vel* b *vel* d *cet.)* /c *(vel* r *vel* s*)* a *(vel* u *vel* m*)* n (?) /// *(deficiunt litterae tres angustae vel duae latiores)* f*(exesa, sed certa)*estivitatis dissonant(nt *ligatae)*ia(ia *minores*). *Duchesne* rationem (quasi de) festiuitatis dissonantia *contra codicis vestigia.* 23 quodadmodo *cod.* 25 dilapidasse *cod.*

hoc anathematis | se | vinculis inretisset. | pro diebus autem paschalibus ab omnibus paene | vir venerabilis Petrus Altinatis episcopus | a rege visitator ecclesiae Romanae deposcitur | et post sanctam festivitatem synodus in urbem Romam pro voluntate senatus et cleri iubente rege de eius excessibus iudicatura convenit atque id agitur | a nonnullis episcopis et senatorib[us t]an[tu]m,
f. 2 Symmac[hus ne] ‖ audientiae subderetur, | hoc palam pro eius defensione clamantibus, quod a nullo possit Romanus pontifex, | etiamsi talis sit, qualis accusatur, audiri. | sed electiores antistites | tam pro religionis intuitu | quam pro regia iussione censebant tantae rei negotium paene ubique vulgatum sine examine nullatenus deserendum. | cumque synodus sub hac dissonantia plus inter partes ministraret fomenta discordiae, | tandem constituit, ut libellus, quem offerebant accusatores Symmachi, susceptus inter gesta sollemniter panderetur. | quo facto mox | per episcopos | idem Symmachus, ut occurreret ad iudicium, convenitur. | sed cum per clericos, qui ei observabant, fuisset eius negata praesentia, | iterum et tertio secundum regulas, ut ad synodalem conveniat audientiam, per antistites admonetur, | nullumque dignatus est dare responsum. | tunc aliquanti episcopi videntes | nihil se in causa proficere | clerum, qui discesserat | a consortio Symmachi, | semel | et iterum commonent, ut ad eum praetermisso revertatur examine. | qui se nequaquam hoc facere posse respondit, | priusquam tantis criminibus impetitus discussione regulari | vel absolvatur, si innocens fuerit, | vel, si reus extiterit, | a sacerdotio deponatur. | sed moras
f. 2' episcopi n[on fer]entes, | cum viderent magis | ac magis | studia | ‖ divisionis augeri, quae sibi utilia visa sunt pro Symmachi persona, constituunt | et sic urbem in summa confusione derelinquunt. | clerus ergo et senatus electior, qui consortium vitaverat Symmachi, | petitionem regi pro persona Laurenti dirigit, qui eo tempore Ravennae morabatur, | Symmachi violentiam persecutionemque declinans, ut ipse Romanae praesederet ecclesiae, ubi dudum fuerat summus pontifex ordinatus, | quia hoc et canonibus esset adfixum, | ut unusquisque illic permaneat, | ubi primitus est consecratus antistis, vel, si quibusdam commentis exinde remotus fuerit, eum modis omnibus esse revocandum. | sic Laurentius ad urbem veniens per annos circiter quattuor Romanam tenuit ecclesiam. | per quae tempora quae bella civilia gesta sint | vel quanta homicidia perpetrata, | non est praesenti relatione pandendum. | dumque partes se mutua | dissensione collidunt | ac pro suis studiis regale praesidium saepe deposcunt, ad ultimum petitionem Symmachus regi per Dioscorum Alexandrinum diaconum destinavit adserens | magnum sibi praeiudicium fieri et maxime de titulis ecclesiarum, quos intra urbem Laurentius optinebat. | ad hanc insinuationem regis animus delinitus
f. 3 patricio F[esto] ‖ praecepta dirigit | admonens, ut omnes ecclesiae tituli | Symmacho reformentur | et unum Romae pateretur esse pontificem. | quod ubi Laurentius comperit, urbem noluit diuturna conluctatione vexari | ac | sua sponte in praediis memorati patricii Festi | sine delatione concessit | ibique sub ingenti abstinentia terminum vitae sortitus est. | Symmachum vero postmodum quamvis victorem de multis rebus fama decoloravit | obscenior et maxime de illa, quam vulgo conditariam vocitabant, | nec non et de ordinibus ecclesiasticis, quos acceptis palam pecuniis distrahebat. | pro quibus rebus usque ad finem vitae eius ecclesia Romana in schismate perduravit. hic beati Martini ecclesiam iuxta

---

5 senatori*(paene certa)*b(?)///a(?)n(:\//m symmach(?)//// *cod.; restituit Duch.* 21 extiterit *integre codex* 18 n/////e(?)nt/s *codex* 33 dissentione *Duch. errore* 37 *ante* ad *spatium unius litterae;* a *eminet* 38 patricio f//// *codex* 39 *fortasse scr.* Roma 42 *spatium unius litterae ante* symmachum 44 quas *cod.* 45 *ante* pro *spatium unius litterae* 46 schismatae *cod.* *ante* hic *spatium unius litterae*

sanctum Silvestrem | Palatini inlustris viri pecuniis fabricans et exornans | eo ipso instante dedicavit. | nonnulla etiam cymeteria | et maxime sancti Pancrati | renovans plura illic nova quoque construxit.

LIII. Hormisda | sedit annos novem | dies decem et septem.

LIIII. Iohannis sedit annos duo menses novem dies | XVI. |

LV. Felix | sedit annos quattuor menses duo dies | XII. |

LVI. Bonifatius sedit annos duo dies viginti et sex.

LVII. Iohannis sedit annos duo menses quattuor dies | VI. |

LVIII. Agapitus sedit | menses undecem dies octo. |

LVIIII. Silverius sedit | menses novem. |

|| LX. Vigilius sedit annos decem et octo menses duo dies novem. | moritur in Syra- *f. 3'*
cusis secunda feria | nocte | septimo idus Iunias indictione tertia. |

Post Indicem antiquissimum et gesta pontificum scripta sub episcopo Liberio et gesta finientia in Symmacho tempore sequitur corpus vitarum quod edimus pseudo-Damasianum. Id iam explicabitur, quatenus fieri potest, a quibus auctoribus et ubi conditum sit; quinam sit operis titulus; quo tempore scriptum sit vel potius scribi coeptum et quo denuo prodierit recognitum; quos auctores ad opus condendum scriptores adhibuerint; denique quam formam auctor et continuatores libro dederint. Explicabuntur haec, ut dixi, quantum fieri potest; nam quaestionibus illis mox apparebit responsa passim deficere, mihi certe non datum esse ut iustis desideriis responderem.

Conditum esse vitarum corpus ab episcopo Damaso (a. 366—384) enuntiant epistulae praefationis loco iam in priore editione ei praemissae Hieronymi ad Damasum et huius responsio. Hoc enim enuntiant rogante Hieronymo Damasum episcoporum Romanorum 'actus gestorum' sive 'gesta' enarravisse et ipsis epistulis praemissis Hieronymi cura ea publice prodire. At olim demonstravit Schelestratius (antiq. eccl. vol. I p. 346 seq. 369 seq.) epistulas has subditicias esse. Certe quae de episcopis Romanis in chronicis Hieronymus habet, tota refragantur corpori vitarum, et ad hoc si sua formasset, multa ei mutanda fuerunt, exempli causa Constantini baptisma a Nicomedia et Eusebio transferendum Romam ad Silvestrum. Sane scripsit chronica vivo Damaso a. 378 potueruntque vitae postea ad eum transmitti; sed librum de viris illustribus composuit post Damasi obitum eiusque mortui ibi mentionem faciens (c. 103) parum gratus homo de vitis illis ne verbum quidem fecit. Mire ingrata etiam posteritas fuit, scilicet corporis huius ab episcopo Romano conscripti et ad auctorem illustrem missi per annos trecentos nemo meminit ante Bedam auctorem saeculi octavi (p. XVI). Denique ad res quae spectant, de quarti saeculi episcopis quae narrantur, tam exilia sunt et perturbata, ut nullo modo aequali tribui possint, verba autem tam inscita et inepta, ut abhorreant vel ab illo homine versificatore parum felici, sed non plane barbaro et ab humanitatis vetustae reliquiis non omnino destituto. Itaque post Schelestratium nemo ausus est patrocinium rudis huius commenti suscipere profecti ab auctore aliquatenus imitato epistulas veras notissimas ab Hieronymo ad Damasum et vice versa datas[1]). Nihilominus praefationes eae omnino corpori aequales effecerunt, ut vitae

1 siruestrem *ante corr. cod.; sequitur punctum duplex* 9.10 *spatium ante* menses 12 *in fine manus posterior adscripsit quaedam verba ex Genesi.*

[1]) Hieronymi versioni quattuor euangeliorum praemissa epistula ad Damasum papam aliaeque similes, maxime duae (ep. 35. 36 Hieronymianarum) Damasi ad Hieronymum et huius ad illum subditicias complures procreaverunt Hieronymo Damasove adscriptas (opp. vol. 11 p. 273 seq.; Hinschius decretales pseudo-Isidorianae p. 498; Tischendorf evang. apocr. ed. 2 p. 51), sed aetate ita recenti, ut eas pontificalis libri auctor adhibere non potuerit. At ut ex epistulis veris Damasi et Hieronymi commercium epistularium novit, ita praefatorias illas commentus est ad exemplum earum, quae martyrologio Hieronymiano pro praefatione sunt,

crederentur non privata opera elaboratae, sed ab ipsis episcopis ecclesiae primariae publice editae, continuatae autem, cum ad Damasi ipsius vitam et episcoporum posteriorum notitia auctoris nulla adscripta reperiretur, iussu succedentium pontificum tamquam opera publice mandata. Procedente aetate sane et libro ab ecclesia recepto vere pontificum iussu eum continuatum esse probabile est, sed ad eam aetatem, quam mihi tractandam sumpsi, id vix pervenit [1]). Omnino haec sive ficticia sive vera origo publica incredibilem corporis per saecula posteriora auctoritatem explicabit. — Anastasium bibliothecarium Nicolai I saec. IX auctorem corporis appellavit primus Panvinius mero errore, deinde per saecula refutato quidem, sed non abiecto. Diximus de eo infra, ubi editores et apparatus recensentur. — Librum scriptum esse a clericis dioecesis Romanae inde potissimum apparet, quod passim auctores addunt acta quae citant adservari in eius archio, qua de re infra, ubi de fontibus dicetur, sermo redibit. Confirmant rem aliquatenus certe domicilia codicum antiquissimorum. Classis primae liber primarius ut hodie ita origine est Lucensis, eiusdemque classis libro usus est Hadrianus I episcopus Romanus (vide ad 98, 4). Classis tertiae interpolatio una certe (vide infra ad 32, 2) item ducit ad Etruriam, et ex eiusmodi libro sumpta sunt saec. VII excerpta fortasse non adservata tantum, sed scripta quoque Mutinae. In secunda classe antiquissimi quique libri sunt Bobienses duo, hodie alter Neapolitanus, alter Taurinensis. Item adhibuerunt librum auctores Italici vetusti Paulus diaconus et qui scripsit gesta episcoporum Neapolitanorum. Beda Anglus quod eodem usus est, commercio eius cum Italis recte convenit neque absimile veri est Pontificalem librum Transalpinis primum innotuisse per eundem Bedam. Epitomae certe Cononianae, quam mox videbimus scriptam esse in monasterio aliquo dioecesis Augustodunensis in Burgundia et inter testimonia de Pontificali transalpina tempore primum locum tenere, origines aliquatenus coniunctae sunt cum Bedanis; nam qui primus eam adhibuit auctor chronicorum a. 741 totus pendet a Beda. Felicianam epitomen et ipsam origine Gallicam item infra apparebit non sexti saeculi esse, sed octavi. Gestorum plenorum codices origine Gallici, inter quos eminent Fuldenses, quamquam multi sunt, nullus inter eos reperitur scriptus ante Carolum magnum. — Num in ipsa urbe liber scriptus sit, minus certum est; nam quod multa narrantur de Roma urbe eiusque locis et aedificiis, ex re explicandum est, non ex auctoris domicilio. Fundorum civitatis scriptor bis meminit in Sotere p. 16, 1 et in Anterote p. 26, 10 modo singulari. — Continuationes in ipsa urbe conscriptas esse inde colligitur, quod plura in iis referuntur desumpta ex actis tabularii Vaticani (p. XXII).

Titulum operis libri secundum classes suas enuntiant sic, collocantes eum modo ante epistulas praefatorias, modo post eas, modo geminatum loco utroque:

cl. I: episcopale: *sic* A^1 *ante epistulas;* $A^5A^6A^7$ *titulo carent.*

cl. II libri optimi quique $C^3B^4B^1$ *titulum nullum habent; reliqui meliores* B^2B^3 *(ubi prior titulus deficit pagina ante epistulas vacua relicta)* B^5 *(cuius principium deperditum explet apographum Audomariense)* B^6 *(ubi deest cum folio primo titulus prior)* B^7D *titulos habent duos, alterum ante epistulas:* liber episcopalis (ep. *om.* B^7) in quo continentur acta beatorum pontificum urbis Romae, *alterum ante vitas:* gesta supra scriptorum (scriptis B^7) pontificum [2]).

---

scilicet Chromatii et Heliodori ad Hieronymum de martyrologio Eusebiano vertendo et huius responsio adsentiens. Eas epistulas adlegatas iam a Cassiodoro (inscr. div. litt. c. 32: *passiones martyrum legite constanter, quas inter alia in epistula sancti Hieronymi ad Chromatium et Heliodorum reperitis*), temere omnino ficticiis hodie vulgo adnumeratas, Pontificalis libri auctori notas fuisse ad vitam Marcellini (p. 41) ostendi.

[1]) *Nostrae sedis* quod meminit vita Martini I p. 181, 18 non recte huc trahitur; locus enim descriptus est ex actis concilii Laterani. [2]) Omisi quae praemittunt B^2B^5D priori: *in nomine domini (dei et salvatoris* ins. B^2) *nostri iesu christi incipit —* B^7 *incipit;* posteriori $B^{2.3.5.6.8}D$: *in dei nomine incipiunt.*

cl. III et ipsa titulo caret; certe nullus est in E^1 *neque ante epistulas neque ante vitas quemque habet* E^6*, venit a librario ipsius.*

epitome Feliciana titulo caret.

epitomae Cononianae praescribitur: ordo episcoporum Romae.

Subieci intitulationes librorum quorundam deteriorum sine dubio a librariis excogitatas:

A^2*:* catalogus apostolicorum Damasi ad Hieronimum *post epistulas.*

A^4*:* gesta pontificum.

Q: gesta beatorum Romanorum pontificum a beatissimo Damaso papa conscripta ex rogatu Ieronimi presbiteri *in fine vitarum.*

E^6*:* chronica pontificum.

C^1 *ante epistulas:* capitula. ordo episcoporum sedis apostolicae Romanae ecclesiae, *ante vitas:* ordo e. s. a. sanctae ecclesiae Romanae beatissimi principis apostolorum Petri ab ipso inchoante.

P^1*:* incipiunt capitula *ante vitas.*

recensio Guillermi (Duch. 2 p. XXV): series pontificum Romanorum qui in sede beati Petri usque ad hoc tempus sederunt.

recensionis factae sub Martino V († 1431) *praefatio incipit sic:* liber iste intitulatur Damasus de gestis pontificum.

Auctorem vetustiorem qui librum nominatim citet habemus nullum. In martyrologio quod sub Bedae nomine fertur ad VIII id. Aug. (vide p. 34) laudantur *gesta pontificalia;* sub eodem titulo liber adlegatur a papa Nicolao I in epistula scripta a. 858 (p. 216) et a Rodulfo Fuldensi († 865) et ab Hincmaro Remensi († 882), quamquam hic etiam *libri* vel *codicis episcopalis* titulo utitur (vide infra inter excerpta). Etiam codicum catalogi antiquiores ubi librum recensent, ponunt *gesta pontificum Romanorum* vel *gesta pontificum* nude (Becker catalogi bibliothecarum antiqui 8 n. 105; 12 n. 17; 22 n. 225; 37 n. 85).

Itaque auctor libro titulum nullum indidit; *episcopale* vel *liber episcopalis* appellatur parum apte deficiente determinatione omnino necessaria; *gesta pontificum Romanorum* vel *pontificum* nude ut aptum est, ita omnino effectum ex epistulis praefatoriis. Nos retinuimus nomen hodie vulgatum.

Accedimus ad quaestionem et gravissimam et perplexam, quando corpus vitarum nostrum scribi coeptum sit. Late de ea re et vel maxime nostra aetate viri eruditi dissentiunt: ad septimum saeculum extremum libri originem rettulerunt et alii et Waitzius (*neues Archiv* 4, 224. 9, 469); sexto incipiente eum conditum esse obtinuit opinio, ex quo publice prodiit forma operis finiens in Felice IV defensa inter alios a Schelestratio (antiq. eccl. 1, 354 seq.), eandemque et Rossius constanter tenuit et nuperrimus editor Duchesnius multis defendit. Pendent a determinatione ea maxime de institutorum ecclesiasticorum primordiis ante hunc librum non memoratorum controversiae nec paucae nec leves. Expendamus argumenta. Dicetur primum de terminis quos codices suppeditant; deinde quaeremus, qui auctores hoc corpore aut non usi sint aut usi; item quaenam temporis indicia auctores suppeditent a corporis conditore adhibiti; denique videbimus, numquid colligi possit ex institutis in libro commemoratis et ex ipsa narrationis sermonisque aequabilitate vel diversitate. Bis recensitum esse corpus vitarum cum ex lectionum indiciis infra tractatis certo efficiatur, tractandum est hoc loco de aetate editionis utriusque. Prior cum ipsa non supersit, supersint et epitomae eius duae et excerpta inde sumpta in classe tertia, quam videbimus contaminatam esse ex editionibus duabus, quaestio instituenda est tripertito, agendumque primum de aetate Felicianae epitomae, deinde de aetate Cononianae, denique videndum, quo tempore classis tertiae contaminatorum archetypum scriptum sit.

Feliciana editionis prioris epitome tradita una cum sylloge canonum Sanctimauriana formata in Gallia c. a. 549 finit in Felice IV († 530). At syllogae eius quae habemus exemplaria longe recentiora sunt scripta saec. VIII vel IX, neque constat, quo tempore syllogae ei epitome haec adiuncta sit.

Epitome altera cum finiat in Conone († 687), inde ut recte colligetur plenum exemplum ab epitomatore compendiatum ad eum episcopum pervenisse, ita nequaquam id pertinet ad Pontificalis editionem priorem; nam in codicum elencho, quem infra dabimus, demonstrabitur epitomen eam contaminatam esse ex editionibus duabus. Prioris editionis vestigia ostendit laterculus infra compositus, non comparere in epitome post Vigilium et desinunt fortasse iam antea paullo, id est circa eadem tempora, ubi desinit Feliciana.

Id ipsum obtinet de recensionis prioris reliquiis, quas servant libri contaminati. Certe cum ad aetatem fere Theodericianam classis tertiae libri locis non ita paucis mutatis vel adiectis a melioribus discedant, vitae posteriores per libros quotquot extant tanta aequabilitate decurrunt, ut hanc partem evidenter appareat contaminationem nullam subiisse.

Itaque cum excerpta terna pariter finirent circa tempora Theodericiana, potuit videri decisum esse de termino editionis prioris, eamque aetatis determinationem secuti sunt, ut diximus, et alii multi et nuper Duchesnius. Sed non satis attenderunt viri docti ad coniunctionem epitomae cum canonum sylloge Sanctimauriana. Eam non qui condidit, sed posteriore tempore, saeculo opinor octavo, qui eius exemplum fecit, nactus Pontificalis editionem priorem adiecit ei corpus vitarum non integrum, sed quatenus ad syllogen eam utile esset, itaque cum animadvertisset in sylloge Sanctimauriana epistulas pontificum Romanorum nullas reperiri posteriores Symmacho († 514) et Bonifatio II († 532), ut alia multa omisit, ita posteriorem partem abicere et potuit et debuit, ad Bonifatium II non satis attendens. Haec est epitome, unde proficiscuntur excerpta illa terna, quorum certe Feliciana et Cononiana, fortasse item quae in classem tertiam recepta sunt infra videbimus ita comparata esse, ut non ex ipso Pontificali sumi potuerint, sed ex breviario eius iis quae habemus ampliore. Ita consensus ille probabilem explicationem habebit neque per eum praecluditur inquisitio de ipsius libri pontificalis termino. Vere de editione priore quae rescivimus, hoc solum demonstrant, quod demonstratione non indiget, eam non prodiisse ante obitum Theoderici.

De tempore factae editionis secundae certiora proferri possunt; ea absoluta fuit sedente Conone (686. 687).

Aut in Iohanne V aut in successore eius Conone finivisse codicem eorum qui hodie extant antiquissimum Neapolitanum B^1 constat ex indice episcoporum ei praescripto perveniente ad episcopum illum spatio post nomen vacuo relicto. Quod si sumas, quod certe sumi potest, quamquam propter scripturae aetatem parum probabile est, librum hodie mutilum ulterius processisse, quod de ipso non valet, de archetypo eius obtinebit.

Item codicis Lucensis in classe prima primarii quamquam corpus vitarum continuum finit in Constantino (708—715), videtur is descriptus esse ex archetypo pariter ad Cononem perducto. Scilicet quod corpori ei ibi subscriptum est manu miniatoris, sed aequalis: *huc*[1]) *usque CXXVIIII anni sunt quod Langobardi venerunt et VII menses,* quamquam scriptum est post Constantini vitam, ad eum non recte refertur, non tam propterea quod ita ambigimus, utrum creationis annus intellegendus sit an mortis, quam quod annus ita effectus sive 579 sive 586 ad Langobardorum adventum nullo modo

[1]) Lineola super *c* videtur casu adiecta esse; certe legi non potest cum Duchesnio *hunc*, quod numquam sic breviatur.

quadrat. Longe probabilius statuemus scriptorem *hucusque* vocabulum posuisse de anno scriptionis, secundum consuetudinem librariorum notissimam, et adventum intellegi Langobardorum in Italiam, quo pro aera etiam Rotharis rex utitur in prologo edicti. is est a. p. Chr. 568, annus igitur ab eo CXXVIII fit 698, incidens in spatium successoris Cononis Sergii I (687—701).

Etiam classis tertiae antiquissimum exemplum hodie notum, scilicet id quod usurpavit epitomator Cononianus, finiebat in obitu Cononis.

Denique ad eundem terminum ducit codicum secundae editionis condicio. Videbimus infra tam primam classem quam secundam fluxisse ex archetypo communi easdemque in crisi leges obtinere pariliter usque ad Cononem. Contra in extremis quinque vitis nostrae editionis codicum affinitates mutantur et apparent indicia archetypi tractati diverse. Eae igitur ad corpus vitarum Cononianum post intervallum adiectae sunt, pariter atque in ipso Lucensi corpori finienti in Constantino commentarioli duo subiuncti sunt, prior quaternionibus seorsum numeratis I. II. [III] habens vitas episcoporum a Gregorio II Constantini successore ad Stephanum II († 757), posterior a praecedente separatus inde ad Hadrianum I († 795); tenemus hic auctaria duo adhuc a corpore antiquiore distincta. Similiter Beda ad chronica sua scripta a. 725 adhibuit gestorum pontificalium exemplar perveniens ad ipsum tum sedentem episcopum Gregorium II (715—731); habuit videlicet corpus nostrum cum auctario episcopi unius. Haec igitur additamenta crisin requirunt a corpore antiquiore diversam et suis legibus rectam, eamque ob causam cum aliquo loco mihi subsistendum esset posterioribus impari, selegi eum, in quo finit liber primarius Lucensis.

Haec quae posuimus ut quae post Cononem sequuntur declarant additamenta esse ad editionem vitarum secundam subinde adiecta, ita nequaquam inde probatur vitas ad Cononem usque omnes adfuisse in secundae recensionis archetypo. Archetypum id, a quo pendent libri editionis secundae quos habemus omnes, nihil impedit quominus iam auctarium auctariave adsciverit adiecta ad recensionem secundam absolutam, et sunt quae suadeant. Classis tertiae graviter interpolatae archetypum si extitit, ut videbimus extitisse, saec. VII exeunte vel incipiente VIII, ante id tempus reicienda est separatio classium duarum primae et secundae, nam a secunda pendet tertia; et haec librorum affinitas, ut non necessario requirit, ita certe commendat longius aliquod intervallum inter archetypi communis perscriptionem et perscriptionem archetypi interpolatorum. Accedit, id quod longe gravius est, condicio vitarum a Gregorio primo ad Cononem. De iis quae Duchesnius passim (ut de Martino I vol. I p. 340) exposuit et nuper Felix Georgius Rosenfeld (*über die Composition des liber pontificalis bis zu Constantin* Marburgi 1896) p. 38 seq. amplificavit, etsi non omnia probarim nec facile segregantur diversitates oriundae ex auctorum adhibitorum diversitate eaeque quae redeunt ad diversitatem ipsorum scriptorum, hoc mihi quoque admodum probabile videtur septimi saeculi vitas proficisci a scriptoribus pluribus per vices succedentibus.

Certiora fortasse argumenta ad quaestionem decidendam suppeditabit auctorum comparatio, tam eorum qui corpus hoc in usum suum aut converterunt aut non adhibuerunt, cum si habuissent, certo adhibuissent, quam adhibitorum a corporis conditoribus, quatenus hi faciunt ad aetatis quaestionem dirimendam. Haec argumenta etiam ad priorem editionem perveniunt.

Gregorius Turonensis (natus c. a. 538 obiit a. 594) quamquam commercium habuit cum Pelagio I et Gregorio I episcopis Romanis et quae de iis per missos comperisset scriptis suis inseruit (hist. Franc. 10, 4; cf. in glor. mart. c. 82), neque in historia Francorum neque in reliquis commentariis quicquam rettulit ex libro episcopali. Contra quidem dixit Duchesnius (vol. I p. LII seq.) contendens laterculum episcoporum Turonensium historia illa comprehensum (10, 31) formatum esse ad exemplum episcopalis

Romani et narrationem libri in glor. mart. c. 39 de Iohanne I sumptam esse ex ipso. At similitudo illa non ultra pervenit quam pervenire debuit propter argumenti similitudinem; *cessare episcopatum* non est locutio scriptori illi propria, sed legitima et communis (cf. Suetonius Caes. 76: *consulis morte cessantem honorem*) nec desunt, quae differant, ut spatia episcopatus in Pontificali in principio vitarum enuntiata, apud Francum ante sepulturam. Narratio autem de Iohanne I, quam suo loco (p. 133) apposui, venit omnino ad utrumque scriptorem ex auctore eodem, sed auctor sine dubio est is qui scripsit chronica Italica, apud quem verba *cum dolo* tam apud Gregorium quam in Pontificali usurpata pariter reperiuntur. Denique Gregorius cum neget haec se ex libro scripto sumpsisse *(multi quidem sunt martyres apud urbem Romam, quorum historiae passionum nobis integrae non sunt delatae: de Iohanne tamen episcopo, quoniam agon eius ad nos usque non accessit scriptus, quae a fidelibus comperi, tacere nequivi),* parum intellego, nec magis intellexerunt Waitzius (*neues Archiv* 11, 229) et Kruschius (ad h. l.), quomodo hoc loco Duchesnius uti potuerit ad evincendum contrarium. Omnino fidelis is, qui Gregorio haec narravit, chronica illa, quorum praeterea apud Gregorium vestigium non reperitur, domi legerat, et prae se fert relatio Gregoriana eiusmodi traditionis indicia certa: persecutionem Arianorum in Pontificali tributam Iustino imperatori, apud Gregorium papae Iohanni, gladiatores missos a Theoderico ad catholicos per Italiam exterminandos, alia similia.

Gregorius I episcopus ipse Romanus († 604) corpus vitarum, si eo tempore extitit, noverit necesse est. Attamen non solum nullo loco ad id respicit, sed uno, de quo infra (p. XXV) dicemus, ordinationum episcopalium ita meminit, ut si gesta ei nota fuissent, vix ea praeteriisset.

Martyrologium Hieronymianum, cuius forma hodie nota redit ad exemplar in Burgundia scriptum a. 627/8 (Krusch *neues Archiv* 20, 439), quae de Urbano episcopo habet, Duchesnius iudicavit proficisci ex indice sepulturarum episcoporum Romanorum probabiliter; sed eum indicem infra videbimus non compilatum esse ex libro Pontificali, quae Duchesnii opinio est, sed e contrario adhibitum ad Pontificalem compilandum.

Isidorus Hispalensis († 636) non magis corporis huius meminit neque habet quae recte ad id referantur.

Chronica Francica, quae adlegari solent sub nomine Fredegari, scripta c. a. 642 laterculum receperunt episcoporum Romanorum cum spatiis suis (l. 3 c. 24) finientem in Theodoro (642—649) spatio in hoc non expleto; corpus nostrum ignorant.

Beda igitur Anglus, ut supra (p. XI) iam diximus, inter auctores libro pontificali usos antiquissimus est excerptis copiosis inde insertis in librum de temporibus publici iuris factum a. 725 (Chronica minora vol. 3 p. 227).

De auctoribus a Pontificalis scriptore adhibitis dicetur capite secundo; ad aetatem ipsius determinandam duo soli faciunt, falsarius Symmachianus et Gregorius primus.

Falsarius Symmachianus nobis notus per corpora canonum, ut infra (p. XXI) videbimus, composita aetate Theodericiana (certe antiquissimum eorum exceptis Symmachianis his non habet constitutionem a. 494 posteriorem) cum propter commentorum suorum argumenta ante Symmachi episcopatum (498—514) scribere non potuerit, scripsisse videtur annis eius primis, potueruntque ita commenta eius transire in vitarum corpora condita saeculo sexto incipiente. Sed cum probabile sit post aliquod intervallum demum eorum auctoritatem ita crevisse, ut in eiusmodi libros reciperentur, eorum admissio melius convenit saeculo eidem exeunti vel incipienti septimo.

Gregorii magni († 604) epistula quaedam suppeditavisse videtur, ut infra (p. XX) exponetur, quae in gestis (p. 2, 5) leguntur de Petri episcopatu Antiocheno.

Ex institutis ecclesiasticis in libro pontificali memoratis unum certe, iudice Duchesnio ipso p. 125, Gregorio magno posterius est, ieiunium scilicet paschale secundum epistulas Leonis I, Gelasii, Gregorii magni sex hebdomadum, in Pontificalis editione utraque sub Telesphoro (p. 12, 3) ad septem hebdomadas extensum. Inde cum Duchesnius effecerit scriptoris pietatem singularem et amplificandi cultus studium, nos e contrario colligemus eum scripsisse post Gregorium magnum. Si qui rerum sacrarum magis quam sum ego gnari similia ulterius persequentur, fortasse eius generis aetatis indicia alia deprehendent.

Intervalla denique inter episcopatus, quae cum absint a reliquis episcoporum Romanorum laterculis auctor Pontificalis libri perpetuo enuntiat, sic ut leguntur infra ostendemus perscribi non potuisse aetate Theodericiana, sed originem libri per ea referri ad saeculi septimi decennia priora.

Superest ut videamus de narrationis continuitate et sermonis proprietate.

Vitae quanta similitudine explicentur per saecula priora, non opus est exponere. Sub nomine Damasi cum auctor latere voluerit, expectes eum primum operis terminum fecisse in Liberio; sed scriptori, qui Felicem II in vita Liberii ait in praediolo suo requievisse et post paucos versus addit eundem capite esse truncatum, apprime convenit corpus vitarum a Damaso elaboratum, sed item continens sine ulla auctoris mutati indicatione et ipsius Damasi vitam et successorum, narratas omnes pari et aequabilitate et exilitate. Recensentur in singulis momenta eadem eodem fere ordine collocata, interrupta hic illic per longos donariorum recensus. Non omnino desunt meliora; sed cum auctori copia fuerit chronicorum Italicorum, ut mox (p. XIX) videbimus, necesse est inter sordes frugi quaedam apparere. Ita in vita Liberii cum erroribus gravissimis conflata est narratio probabilis et apud auctorem Latinum alium nullum reperta. Quod fuse exposuit Duchesnius (praef. p. XXXVI—XLVIII) ab Anastasio II ad Silverium (a. 496—537) narrationem recte procedere, apparere etiam hic illic indicia spiritus eius, quo reguntur aequales, id nos quoque probamus, sed utrum Pontificalis haec ipse de sua memoria enarret an sequatur bonum auctorem, id quaeritur, maxime in homine saepenumero, ut praesertim demonstrant quae ex actis concilii Laterani excerpsit, descriptore magis quam scriptore. Quam rudis haec moles sit, egregie ipse Duchesnius (l. c. et p. 294) docuit, demonstrans in media vita Silverii inde a verbis p. 146, 3 *eodem tempore ambulavit* narrationem incipere magna ex parte ante proposita repetentem spiritu plane diverso et sine dubio in plerisque commenticiam. Idem Duchesnius narrationes illas recte procedentes non negat interrumpi mortis diebus falsis, ut in Bonifatio II (p. 146, 4) et Iohanne II (p. 141, 22); eos dies ait interpolatos, quis interpolaverit, non dicit, cum evidenter narratio vera veniat ab auctore expilato, dies ficticii ab expilatore. Saepe apparent indicia auctoris aequalis, exempli causa in vita Symmachi consulatus Paulini secundum usum Gothicum (p. 122, 23), et tempore procedente scriptor a meris fabulis abstinens in universum sequitur ordinem rerum gestarum; nihilominus abundant errores tales, quales aequalis committere non potuit. Certe si libri editio prior scripta est, ut eam scriptam credit Duchesnius, sedente Bonifatio secundo (530—532), id est sub rege Athalarico in ipso termino regni Ostrogothici, ei epochae narratio nequaquam convenit. Theodericus in editione priore sub epitheto haeretici introduci solet. A Symmacho dicuntur damnati esse Petrus invasor sedis apostolicae et Laurentius Nucerinus (p. 121, 22); illum notum est fuisse visitatorem sedis Romanae, hunc Symmachi adversarium et coacti sunt clerici urbani anathematizare 'Petrum Altinatem et Laurentium Romanae ecclesiae pervasorem' (Thiel ep. pont. 1, 697; index ad Cassiodori varias p. 495); potuitne aequalis Petri et Laurentii partes ita confundere et invertere? potuitne rerum ordinem ita perturbare, ut post narratam Symmachi 'cum gloria' agnitionem sequantur turbae notissimae primorum eius annorum?

immo evidenter habemus hic non aequalem studio et odio abreptum, sed hominem sua scilicet rerum notitia nulla instructum narrationem in chronicis inventam luxantem et pessumdantem. Sola extrema vitarum pars indicia continet scriptoris aequalis, ut sub Severino relatio de Isacio exarcho (p. 175) iure laudata a Duchesnio (p. 329). Additamentorum rationem consentaneum est diversam esse; invenitur exempli causa sub Leone II mentio synodi sextae *nuper in regia urbe celebratae* (p. 200, 8), de qua quae referuntur totidem verbis descripta sunt ex epistula episcopi eius quae extat; item sub Conone (p. 208, 19) auctor meminit legati *nondum persoluti.*

Ad sermonem denique quod attinet, qui fieri potuerit, ut ad aevum Theodericianum referretur, mihi non liquet. Etiam minus intellegitur, si prior pars corporis saeculo fere uno et dimidio scripta est ante posteriorem, quod per totum corpus sermo non solum barbarus est, sed aequabiliter barbarus iisdem locutionibus vulgaribus et vitiosis passim redeuntibus. Theodericiana aetas nequaquam tanta inscitia fuit, quantam per cuiusvis paginae constantissimam infantiam hic liber prodit. Eo tempore scripti libri, ut Cassiodori variae et liber episcopalis Symmachianus, toto caelo differunt. Neque Pontificalis scriptus est ut Iordaniani in Illyrici abditis, sed omnino in Italia ab homine, qui aliquem in clero locum teneret et suarum virium fiducia magnum opus non aggrederetur solum, sed etiam aequalibus probaret. Unus, quem ex rerum gestarum scriptoribus cum hoc homine recte compares, is est qui saeculo VII medio chronica scripsit quae dicuntur Fredegariana.

Itaque ut concludamus, de vitarum corporis aetate erravit Duchesnius, recte iudicavit Waitzius. Recensionem etiam priorem Gregorio primo posteriorem esse mihi videtur extra dubium esse; secunda anterior est Sergio I. Comprehenditur igitur utriusque recensionis origo finibus saeculi septimi, per quod probabile est corpus vitarum per intervalla crevisse. Ecclesiastici spiritus et studia ecclesiae Romanae ut universum corpus regunt, ita eo nomine utraque recensio pariliter fere procedit, quamquam secunda hic illic res ampliavit et emendavit, ut p. 39, 17 Gaium episcopum ex confessore martyrem fecit, p. 96, 8 crudele pontificis decretum contra tradita aptavit ad sanctae sedis humanitatem solitam. Gravius est quod in vita Silvestri p. 52, 3, ubi agitur de sacerdotibus eligendis, prior requirit, ut neque clericus quisquam contradicat neque fidelis, altera fidelem sustulit. In universum autem cum recensio secunda, quantum nobis datum est comparare utramque, non sit nisi prior passim pessumdata, fortasse non separabantur magno temporis intervallo. Equidem priorem recensionem primis saeculi septimi decenniis tribuerim, posteriorem crediderim coeptam esse saeculo eodem medio. Donec invenientur certiora, in his adquiescemus.

CAPVT SECVNDVM.

LIBRI PONTIFICALIS ELEMENTA.

Quibus copiis instructus auctor accesserit ad gesta pontificum Romanorum enarranda quaerenti Pseudo-Damasus respondet haec repperisse se *suae sedis studio,* id est sibi ipsi ecclesiae Romanae episcopo scrinia eius patuisse, praeterea auctores non adlegans; scilicet hic quoque Roma locuta est. Nos iam indicabimus corporis vitarum elementa, id est quid auctori eius ad manus fuisse videatur ad librum compilandum,

sed omissis hoc loco chronographicis et sepulturis, quippe de quibus seorsum disputetur capitibus tertio et quarto. Sunt autem elementa illa et pauca et magna ex parte suspecta, ut tam eius aevi rerum ignorantia quam scriptoris mala fraus per totum librum spirent et dominentur.

I. De Cypriano episcopo Carthaginiensi quae traduntur in vita Cornelii (p. 29) etsi vera sunt (certe Celerini lectoris epistulae Cypriani passim meminerunt), non veniunt ex ipsius Cypriani scriptis, sed ex passione Cornelii. Non recte igitur a Schelestratio (ant. eccl. 1, 396) Cyprianus refertur inter auctores a scriptore libri Pontificalis usurpatos.

II. Hieronymi librum de viris illustribus auctor adhibuit ad vitam Petri (p. 2 seq.) et Clementis (p. 7, 7) et Victoris (p. 19, 1), continuationem Gennadianam in vita Gelasii (p. 117, 13). Notitiam eum habuisse commercii epistolici inter Hieronymum et Damasum et expressisse in epistulis praefatoriis eas, quae praecedunt martyrologium Hieronymianum, supra (p. XI adn.) ostendi. Eo martyrologio, cuius sine dubio non novit nisi formam hodie extantem epitomatam et interpolatam antiquiorem Gregorio magno (ep. 8, 28 [29]), auctor usus est perperam, ut solet, in Alexandro (10, 4); de Urbano autem (23, 3) cum auctor princeps evitet errorem in martyrologio eo commissum (de quo infra dicemus in capite de sepulturis), locum aliunde desumpsit.

III. Rufini recognitiones pseudo-Clementinae expilatae sunt in vitis Petri (p. 3, 4—4, 3) et Clementis (p. 7, 1. 8—12), quorum excerptorum pars fortasse accessit demum in editione posteriore.

IV. Dionysii cyclum paschalem adhibitum esse in vitae Victoris (p. 19, 1) recensione secunda statuit Duchesnius (vol. 1 p. LXIII), non recte; locos vere ad id caput ab auctore adsumptos nos ibi adnotavimus. Multo minus eidem concedi poterit auctori notum fuisse cyclum Victorianum propterea solummodo, quod recensio prima nomen ponit Theophili Alexandrini ut a Victorio ita a chronographis omnibus commemorati.

V. Chronica Italica scriptori ad manus fuisse videri supra iam (p. XVI) significavi. Scilicet ad vitas episcoporum qui fuerunt ante Constantinum I rerum publicarum Romanarum scriptorem nullum adhibitum esse cum appareat, eapropter omnino, quod eorum temporum auctores Christianorum putandi sunt raro meminisse, sacerdotum autem eorum nomina vix ulla posuisse, postquam Christiani pacem quam dicunt, id est dominationem adepti sunt, rerum scriptores ad eorum res sacerdotesque attendere debuerunt, quique septimo saeculo gesta episcoporum Romanorum explicabat, nullo modo id perficere potuit nisi adsumptis annalibus saecularibus. Vere, ut supra (p. XVII) dixi, vestigia eorum deprehenduntur et per tempora Constantiana in vita Liberii et etiam certiora per tempora Theodericiana ita perturbata, ut non ex aequali memoria descendere videantur, sed ex libro aliquo scripto imperite expilato. Quales annales auctor adsumpserit, parum liquet propter ipsius silentium et imperfectam nostram de eius aetatis scriptoribus notitiam; sed tamen de iis quae rescivimus qui expendit, in scriptore saeculi septimi in Italia degente cogitabit de chronicis, quorum reliquias sub titulo consularium Italicorum nos composuimus (chron. min. vol. I p. 249—339), fuse res narrantibus et per ea saecula late sparsis. Accedit, quod consularium eorum sola particula plene servata, scilicet Anonymi Valesiani quem dicunt pars posterior spectans ad tempora Theodericiana, et in rebus et in ipsis verbis convenit cum vita Iohannis I (p. 133 seq.). Itaque etsi quae de statu rerum publico in gestis antiquioribus reperiuntur aliunde quoque desumi potuerunt, in re incerta de Italicis potissimum chronicis coniectura facienda erit. — Contra vitae episcoporum saeculi septimi passim prae se ferunt scriptorum aequalium et virtutes et vitia; inter haec eminet silentium admodum eloquens de haeresi papae Honorii (cf. Döllinger *Papstfabeln* p. 163 seq.), quamquam damnatio eius propter eam facta in concilio Constantinopolitano uno verbo significatur (p. 200, 13).

VI. Gregorii I epistula ad Eulogium patriarcham Alexandrinum (7, 37 [40]) adhibita videtur in vita Petri (p. 2, 5). Scilicet episcopatum Petri Antiochenum, commentum auctorum Syrorum memoratum primum apud Iohannem Chrysostomum et Iohannem Malalam Antiochenos, primus ex auctoribus hodie notis ad certos annos redigit Gregorius in epistula illa, edoctus, ut videtur, a patriarcha Eulogio. Epistula quamquam publice prodiit demum sedente Hadriano I Pontificalis libri auctori innotescere potuit ex tabulario ecclesiae Romanae.

VII. Martyrum passiones ad haec gesta magnam rerum copiam vel certe fabularum suppeditasse iure expectes, cum praesertim auctor vestigia sequens Constituti Silvestriani scribat ab episcopo Clemente per septem regiones singulos notarios constitutos esse ad gesta martyrum per suam cuiusque regionem sollicite colligenda laudenturque episcopi Anteros (p. 26, 4) et Fabianus (p. 27, 6) propter diligentiam in ea re praestitam. Accedit, quod episcoporum urbis martyria ipsa praefatio memorat et ex episcopis uno et triginta primis ad martyrium pervenisse dicuntur tres et viginti (I—IV. VI—IX. XII. XV. XVII. XIX—XXV. XXVII—XXXI), ex quibus viginti eum honorem iam editio prior tribuit, duo Anicetus (XII) et Eutychianus (XXVIII) in editione secunda accesserunt, tertium Gaium (XXIX) prior editio confessorem facit, secunda martyrem. Sed iustae expectationi narrationes parum respondent. Longe plerosque ex episcopis martyribus auctor verbo tantummodo ait martyrio coronatos esse, nec multum differt, quod in Alexandro (VII) quaedam addit ex martyrologio Hieronymiano errore ad episcopum relata et in Lucio (XXIII) et Stephano (XXIV) de successione monet. — Passiones quae dici possint non adhibuit nisi Caeciliae in Urbano (XVIII), Cornelii (XXII), Xysti II cum Laurentio diacono (XXV), Silvestri (XXXIIII), Felicis II (XXXVIII), item in editione demum secunda Susannae in Gaio (XXIX) et Marcelli (XXXI). Accedit in vita Eusebii (XXXII) narratio similis de inventa sancta cruce et de Iuda Cyriaco. Marcellino (XXX), Liberio (XXXVII), Xysto III (XLVI) in hoc recensu locum non dedimus, quoniam partem faciunt fraudium Symmachianarum. Excepta narratione de sancta cruce, cuius forma pristina ad nos pervenit, reliquae ipsae aut totae perierunt, ut Xysti II, Felicis II, Marcelli, suppressae fortasse substitutis excerptis desumptis ex ipso libro Pontificali auctoritatis scilicet maioris, aut extant quidem, sed forma aut certo indidem interpolata aut certe ab interpolationis suspicione non aliena, id quod cadit in acta Caeciliae, Cornelii, Susannae, Silvestri[1]); neque enim quod sciam passionum illarum libri scripti extant ad Pontificalis aetatem adscendentes neque ita comparatae sunt formae vulgatae, ut ipsae sese satis tueantur. Exempli causa passionis sanctae Caeciliae recensio, quam l. c. (p. 22) adlegavi utpote iudice Rossio omnium optimam, et alia prae se fert indicia originis recentioris et ad eam formandam adhibiti sunt Tertullianus et Augustinus. Ipsa narratio, de qua docte exposuit Erbes (*Zeitschrift für Kirchengeschichte* vol. 9 a. 1888 p. 1—66; cf. Neumann *Staat und Kirche* 1, 310), non videtur originis esse valde remotae; ecclesia sanctae Caeciliae nominatur primum a. 499 (v. indicem ad Cassiodorum p. 408) et passionem eius Erbes iudicat exemplatam ad similem Africanam sub nominibus Martiniani et Maximae relatam apud Victorem Vitensem in commentariis de persecutione Wandalica (1, 10, 30) scriptis a. 486. Pontificalis autem scriptor quae inde affert continentur nudis nominibus Caeciliae et Valeriani sponsi eius et Tiburtii adiunctis aliquo modo ad epi-

[1]) Fabulosa vita Silvestri, unde proficiscitur Constantini primi baptisma Romanum per episcopum eum totaque mythorum propago inde oriunda, conficta est in Syria saec. V novitque eam iam Moses Chorenensis (459—481); eodem autem saeculo in Latinum translata est et passim lectitata teste indice Gelasii I (492—496) librorum recipiendorum aut non recipiendorum. Eandem adlegant gesta Liberii (v. p. 77 adn.) scripta aetate Symmachiana. Vita ea quae circumfertur Latine scripta quamquam retractata est (v. ad p. 47), a forma ea quam Pontificalis adhibuit non multum videtur recedere.

scopum Urbanum sub Alexandro. — Narrationes hae ut declarant has quoque pias litteras incuriose et exiliter in Italia tractatas esse passionesque martyrum per ea tempora in urbe Roma lectas esse numero paucas et argumento inanes, ita ne has quidem ostendunt ibidem crevisse; certe narrationes de cruce inventa et de baptismate Constantini Silvestriano origine Syriacae sunt, Caeciliana origine Africana.

VIII. Canones apostolorum qui dicuntur Latine factos a Dionysio circa tempora Symmachi papae (498—514) et conciliorum corpori praemissos novit auctor, nam Hieronymus personatus in praefatione (p. 1, 7) ait cupere se a Damaso cognoscere, qui episcopi Romani eos canones laeserint; quamquam id quo tendat non perspicitur (cf. tamen 139, 18) neque in ipso libro ad eam rem reditur oblivione opinor auctoris insciti. — De concilio Nicaeno a. 325 quae habet in Silvestro (p. 48, 18 cf. p. 107, 8), potuit sumere tam ex actis quam ex chronicis. — Concilium Constantinopolitanum a. 381, in Occidente sub Vigilio († 555) demum agnitum et ex eo inde tempore factum oecumenicum secundum, recte praeteritur in constitutione tributa Hilaro (p. 107, 8), quae quamquam abest ab epitomis, vix afuit a recensione primitiva. — Concilium Ephesinum a. 431 generale tertium obiter commemoratur sub Hilaro (p. 107, 8). — De concilio Calchedonensi a. 450 generali quarto agitur sub Leone I (p. 101 seq.) verbis ut multis, ita perturbatis admodum, sed ut appareat ipsa acta a scriptore lecta esse (v. adn. ad p. 102, 1). — Concilii generalis quinti Constantinopolitani secundi a. 551 liber non meminit. — De concilio generali sexto Constantinopolitano tertio a. 680/1 vide quae dicentur p. XXII. — Addi poterunt argumenta euangeliorum antiqua (egit de iis nuper Corssen *monarchianische Prologe zu den Evangelien,* Gebhardt et Harnack *Texte und Untersuchungen* vol. 15); inde enim sumpta sunt, ut monuit Traubius, verba vitae Petri 2, 1: *Marcus . . Petri in baptismate filius.*

IX. Decreta episcoporum Romanorum una cum synodo facta (etiam sede vacante solorum presbyterorum et diaconorum 115, 18) passim afferuntur, ut synodi quoque non raro mentio fiat (ita 139, 12. 164, 5), semel locus et dies enuntietur (107, 4), non raro addatur decretum in archio reconditum esse (94, 8. 201, 13 al.). Formulae variant: sollemnes sunt locutiones *hic constituit* (5, 2. 10, 5 cet.) vel *hic constitutum fecit* (75, 10. 91, 3), reperitur item *hic fecit decretalem* (107, 4) adiecto argumento constituti: sed etiam non raro generaliter dicitur *hic constitutum fecit de omni ecclesia* (48, 18. 73, 5. 85, 7. 88, 2. 94, 8. 107, 4. 115, 18. 116, 16) vel *hic constitutum fecit de* (*in* 172, 1) *ecclesia* 14, 11. 20, 2. 83, 35. 87, 3. 172, 1; additur 94, 8: *maxime et de religione;* 88, 2: *et de regulis monachorum et de Iudaeis et de paganis.* Eae locutiones ita accipiendae erunt ut 91, 3: *multa constituit ecclesiae,* scilicet qualecumque decretum sic indicatur argumento non enuntiato. — Constitutiones hae pontificiae cum incipiant ab ipso Petri successore primo et aequabiliter per omnes vitas adnotentur, inter eas per quinque prima saecula perpaucae inveniuntur aliunde notae sincerae, scilicet Siricii ad Himerium episcopum Tarraconensem (p. 86, 11), Innocentii I ad Decentium Iguvinum (p. 90, 12), eiusdem de Pelagio et Caelestio ad episcopos Carthaginienses (88, 6), Hilari in synodo Romana habita a. 465 (p. 107, 14), ex quibus tertia et quarta possunt afuisse ab editione priore. A duabus epistulis, quas primo loco posuimus, cum incipiat sylloge Dionysiana decretalium episcopalium Romanarum sedente Symmacho (498—514) edita (Maassen 1 p. 432), unde transierunt in pleraque eius generis corpora posteriora, etiam synodale decretum a. 465 cum nobis servatum sit per auctarium quoddam eiusdem syllogae Dionysianae (Maassen 1 p. 447. 475), epistula denique Innocentii ad Carthaginienses a simili origine non abhorreat (Maassen l. c. p. 247), has ex decretalium corpore aliquo pendente a Dionysiano Pontificalis libri scriptor adsciverit necesse est. Ex eodem corpore sumptae videntur esse constitutiones episcoporum subditiciae redeuntes ad fraudes Symmachianas, id est profectae ex corpore quodam relationum synodorumque, quod

post Coustanti egregiam disquisitionem (epist. pontif. I p. LXXXIV) non dubitatur compositum esse sedente Symmacho eodem spiritu et fortasse ab eodem homine. Sunt autem quae ad id corpus redeunt haec:

1. Constitutum Silvestri q. d., synodus Romana CCCXXXIIII episcoporum habita sub Silvestro (Coustant app. p. 43). Accedunt epistulae tres, una concilii Nicaeni ad Silvestrum (*beatissimo papae* Coustant p. 53), duae huius ad illud (*gaudeo* Coustant p. 54; *gloriosissimus* Migne vol. 8 p. 823).
2. Synodus Romana alia CCLXXV episcoporum, item habita sub Silvestro (Coustant p. 55 can. 1—6; plene ex cod. Vallicelliano F 54 saec. XI Carolus Poisnel *mélanges d'archéologie et d'histoire* vol. 6 a. 1886 p. 4 seq.).
3. Gesta Liberii episcopi (Coustant p. 89 seq.).
4. Gesta de purgatione Xysti III episcopi (Coustant p. 117 seq.).
5. Gesta de Polychronio (Coustant p. 120 seq.).
6. Synodus Sinuessana habita sub Marcellino episcopo (Coustant p. 29 seq.).

Harum fraudium Pontificalis libri scriptori copia cum esset, late iis usus est, praesertim synodis duabus, sed item gestis Liberii (v. p. 77. 80), Xysti III (v. p. 96), synodo Sinuessana (v. in Marcellino p. 41), forma tamen paullum diversa ab hodie nota; nam non solum synodum alteram ita plenam legit, ut eam exhibet unus codex Vallicellianus, sed etiam de Marcellino ea refert, quae acta ficticia Sinuessana non satis reddunt. Traditae autem sunt fraudes Symmachianae per decretalium corpora. Coniunctas et eo quo nos eas recensuimus ordine eas habet corpus a codice antiquissimo saec. VI appellatum Sanblasianum (Maassen 1 p. 504), nisi quod primae id non habet nisi epitomam (eam edidit Duchesnius 1 p. CXXXIV not.) et secundam omisit. Sylloge canonum alia quae nuncupari solet a codice Vaticano 1342 (Maassen 1 p. 512) easdem habet etiam pleniores, sed dispersas, scilicet primum n. 1 et 2, hanc tamen, ut supra diximus, imperfectam, post alia n. 3, item post alia n. 4. 5. 6. Simillimo libro, sed etiam pleniore, cum n. 2 integram habuerit, usum esse scriptorem libri Pontificalis inde confirmatur, quod codex eius omnium primarius saec. VIII Lucensis item decretalium syllogen exhibet simillimam Sanblasianae. Eam ipsam supra (p. XVI) diximus praeter fraudes illas Symmachianas nullam constitutionem admisisse Gelasiana a. 494 posteriorem; formata autem est in Italia adsumpta Dionysiana non multis annis anteriore. — Episcoporum posteriorum constituta a Pontificali adhibita esse conici potest Leonis primi et Hormisdae; sed neutrum certum est. Leonis I epistularum corpus diversum ab iis quae adhuc extant (v. in opp. Leonis ed. Ballerin. quae exponuntur vol. 1 p. 543 seq.), sed iis simillimum versavit qui scripsit locum p. 104, 11, qui abest ab epitomis et videtur accessisse in editione secunda. Ex Anastasii epistula ad Hormisdam in huius epistularium recepta sumpta sunt verba imperatoris (128, 6): *nos iubere volumus, non nobis iuberi:* sed facile fieri potuit, ut in chronica ea transierint inde a Pontificalis scriptore adscita. — Contra vitae episcoporum saeculi septimi quae de eorum temporum decretis synodisque referunt, sumpta fere sunt ex ipsis actis, ut in Theodoro (p. 179 seq.) et Martino I (p. 181 seq.) plura descripta sunt ad verbum ex actis concilii Laterani; item in Agathone (p. 193 seq.) quae de concilio generali sexto Constantinopolitano referuntur, veniunt, ut intellexit Doellinger (*Papstfabeln* ed. 2 p. 163), non ex actis concilii publicatis, sed ex relationibus legatorum Romanorum Constantinopolim missorum ad pontificem directis et in archio Vaticano adservatis. Denique in Leone II (p. 200 seq.) auctor hausit ex epistula eius ad Constantinum Pogonatum.

Haec igitur episcoporum Romanorum constituta sive genuina sive subditicia Pontificalis scriptori ad manus fuerunt, scilicet quod attinet ad quinque prima saecula ea fere quae continet collectio Sanblasiana, id est Siricio antiquius decretum nullum, a quinto inde saeculo medio perpauca. Ab ea sylloge quae absunt et comparent apud auctorem

libri Pontificalis et primum et solum, numero admodum multa, ea constat paucis fortasse exceptis ita conficta esse, ut falsarius ad ipsas res passim et aliis documentis et consuetudine ecclesiastica uteretur, nomina episcoporum temere comminisceretur. Fraudis suspicionem confirmant geminationes. Siricii decretum genuinum (86, 11): *hic constituit hereticum sub manus impositione reconciliari* iisdem fere verbis adest iam in Eusebio (45, 7): *hic hereticos invenit in urbe Roma, quos per manus inpositionis reconciliavit*[1]). Lucio quod tribuitur in editione utraque (32, 8): *hic praecepit, ut duo presbiteri et tres diaconi omni loco episcopum non desererent,* plane respondet, ut ibi adnotavimus, canoni secundo concilii a. 595 poteritque fortasse inter aetatis quoque indicia referri. Decreta attributa Euaristo (9, 8), Zephyrino (20, 5), Bonifatio I (93, 4) veniunt, ut ibi adscripsimus et observavit item Duchesnius (vol. I p. CCLXXV), ex concilio Silvestriano episcoporum CCLXXV auctoris nostri fraude inter episcopos diversos distributa.

X. Nomina episcoporum formantur, ut fieri solet in litteratura Christianorum, more non Romano, sed Graeco, scilicet nusquam comparent nomina tria legitima, sed solitarium unum, quod exactum ad Romanam consuetudinem plerumque cognominis formam habet. Forma signi non reperitur ante Eusebium, raro praenominis (Lucius, Gaius, Marcus) vel gentilicii (Cornelius, Iulius).

Additur patria in episcopis omnibus uno excepto Conone (LXXXV), quamquam et ibi epitome Cononiana eam enuntiat. Ad Romanos, qui sunt longe plurimi, cum adscribatur aliquoties regio, eos locos composuimus adiunctis reliquis, quibus Pontificalis regionum urbis meminit.

[subdiaconus (regionarius) primae regionis *et* regionis sextae 147, 10. 12.
[regio prima ad sanctum Paulum, tertia ad sanctum Laurentium, sexta vel *[sic]* septima ad sanctum Petrum 112, 12. 13.
de regione prima Aventinense 85, 1.
[in regione II via Mamurtini 87, 4.
[in regione III iuxta thermas Domitianas qui cognominantur Traianas p. 71, 12.
de regione V tauma *(om. A*[1]*)* Caput tauri 119, 1; de regione Caput tauri 10, 1.
de regione Vico patrici 6, 1.
de regione Celio monte 7, 1; de Caelio monte 141, 5.
de regione Via lata 11, 1. 43, 3.
de regione Urbe Ravennantium 21, 1.
[in Sicinini regione 48, 15.
[in regione ad duo amantes 48, 16.
[in regione Orfea 48, 17.

Composuimus haec enuntiata eodem vocabulo, sed vix eadem significatione; nam ubi numerus deest, regio et de loco aliquo intra urbem viave urbana accipi potest. Locos duos, quos primos posuimus, spectare ad urbis Romae septem regiones ecclesiasticas dubium non est, quae divisio cum diaconorum ecclesiae urbanae numero septenario coniuncta in catalogo Liberiano refertur ad Fabianum episcopum (p. 27) et est omnino antiquissima. Utrum reliquae regiones numerum habentes ad easdem regiones pertineant an hic quoque ut alibi aliqua memoria supersit regionum ab Augusto institutarum quattuordecim, non liquet. Egerunt de hac quaestione sane difficili Henr. Jordan (*Topographie der Stadt Rom* 2, 315) et Duchesne (*mélanges d'archéologie et d'histoire* vol. 10 a. 1890 p. 126) et nuper Elter (de forma urbis Romae in indice Bonnensi a. 1891 II p. XIII).

Episcopis non origine Romanis provincia adscribi solet, scilicet dicuntur Itali, Campani, Tusci, Marsi, Graeci (Graeci etiam V *Antiochenus de civitate Bethleem* Euaristus adeo-

[1]) Simili fraude falsarius Symmachianus decretum id inter Silvestriana recepit.

que LXXV *Hierosolymitanus* Theodorus, quem tamen quidam libri faciunt *Melitenum*), Syri, Spani, Dalmatae, Afri, Sardi, saepe adiecta civitate; quae ubi sola invenitur (*natione Tiburtinus* XLIX Simplicius), provincia videtur excidisse. Ad aetatem vitarum determinandam indicationes hae nihil conferunt.

Aliquoties adscribitur, ex qua condicione episcopus ad eum locum pervenerit, ut *ex philosopho* adscriptum est ad Hyginum (X) et Xystum II (XXV), ad hunc, ut monuit Duchesnius (1 p. LXXVIII), propterea quod qui Q. Sextii sententias Latine vertit Rufinus auctorem errore credidit Xystum esse episcopum Romanum; *ex medicis* ad Eusebium (XXXII); *ex monacho* vel *ex monachis* ad Dionysium (XXVI), Adeodatum (LXXIX), Agathonem (LXXXI); *ex anachoreta* ad Telesphorum (IX); *clericus a sanctos Iohannem et Paulum* ad Agapetum (LIX).

Denique patris nomen adici solet, sed in Hygino (X) et Dionysio (XXVI) auctor adnotat genealogiam se non invenisse; alibi deest excusatione non addita (IX. LXXXVII). Condicio etiam patris aliquoties enuntiatur, ut XLIV. L. LIX—LXIII. LXXII. LXXIV. LXXV.

Haec, quae memoravimus, praeter nomina libro Pontificali propria sunt; nam reliqui quos habemus Indices patriam patremque non enuntiant neque excepto fortasse Clemente (IV) aliunde ea innotuerunt. Possunt omnino descendere ex laterculo antiquo scrinii episcopalis; sed quod tanta aequabilitate adscripta sunt, certe in parte antiquiore suspicionem auget, quacum omnia tractanda sunt, quae sola fide huiusce auctoris innituntur.

XI. Synchronismi imperatorii et consulares in parte priore ad Liberium usque sumpti sunt ex catalogo Liberiano omnes quamquam corrupti passim itaque hoc loco praetermittentur. Felix II qui sequitur necessario iis caret, utpote cuius tempora comprehendantur Liberianis (79, 2); post hunc Damasum (366—384) auctor ait (82, 6) fuisse temporibus Iuliani (361—363) perperam omnino. A Siricio (384—399) ad Simplicium (468—483) synchronismi deficiunt, omnino ob eam solam causam, quod duce deficiente auctor imparem se esse sensit incepto non facillimo in imperio diviso et Occidentis rebus per totum saeculum quintum perturbatis. Redeunt (114, 3 = 115, 10) in Felice III (483—492), qui aequalis dicitur regum Odovacri (476—493) et Theoderici (489—526). Componuntur deinde tam 116, 2 Gelasius (492—496) quam 119, 3 Anastasius II (496—498; hic in ed. 2) cum Theoderico; item 120, 2. 4. 122, 23 Symmachus (498—514) cum Theoderico et Anastasio Augusto (491—518) adscriptis ad utrumque terminum consulibus; item 126, 2. 132, 1 Hormisda (514—523) adscriptis similiter consulibus[1]) cum Theoderico et Anastasio; item 133, 3. 137, 26 Iohannes I (523—526) adscriptis similiter consulibus cum Theoderico et Iustino (518—527; in ed. 2); item 138, 2 Felix IV (526—530) adscriptis similiter consulibus cum Theoderico et Iustino (in ed. 2); item 139, 2 Bonifatius II (530—532) cum Athalarico (526—534) et Iustino; denique 141, 6 Iohannes II (533—535) cum Athalarico et Iustiniano (527—565). Deinceps ab Agapeto inde synchronismi imperatorii deficiunt, nisi quod extremae vitae quosdam habent in paucis codicibus tantummodo (218, 5. 220, 18. 221, 11. 222, 2. 226, 16) evidenter a librariis posterioribus interpolatos. Itaque non ex Liberianis deprompti synchronismi non raro falsi complectuntur tempora Gothica videturque qui eos inseruit hoc secutus esse, ut declararet quinam reges in Italia simul cum Orientis imperatoribus dominati sint; narratio cum pergat non mutata, auctorem alium successisse non crediderim neque ubi synchronismi illi incipiunt neque ubi deficiunt.

XII. Clerus urbis Romae et dioecesis urbanae quomodo institutus sit et subinde auctus, iure expectes eiusmodi scriptor ut narret; nihilo minus ad eas quaestiones in

[1]) Altero loco 132, 1, quem habent duae recensiones, spatium Hormisdae extenditur ad a. 523, altero 126, 3, qui non est nisi in posteriore, perperam ad a. 522.

Pontificali quae spectant, non solum fabulosa sunt et passim inter se contraria, sed etiam exilia et iusto argumento fere destituta. — Ordinationes clericorum dignitatis maioris, cum presbyterorum et diaconorum urbis Romae tum extra urbem per dioecesim urbanam vel, ut auctor noster ait, *per diversa loca*, episcoporum, inde ab ipso Petro per singulos episcopos proxime ante mortem et sepulturam ita enuntiantur, ut eam adnotationem appareat ad formam pertinuisse ab auctore stabilitam: quod ordinationes in quibusdam vitis maxime in recensione priore et in secundae libris optimis quibusque non suo loco leguntur, redeunt turbae eae, ut explicabitur capite septimo, ad primum corporis auctorem inscite et incuriose Indici antiquo inserentem catalogum Liberianum. Eum enim cum fundamentum sibi sumeret, in eo non repertas ordinationes per margines videtur adiecisse, librarii autem posteriores iis deinde locos adsignavisse diversos, non raro etiam in his suo arbitrio usi. Partes in clericis ordinandis ullas fuisse populi ipsiusve cleri auctor noster ignorat, ab ipso principio ordinationes referens factas ab episcopo. — Ordinationes ab episcopo Romano factas in commentarios relatas esse et per se verisimile est et confirmari videtur verbis Gregorii magni in epistula 9, 147 [58] scripta a. 599 ad Secundinum: *de ordinationibus . . . apostolicae sedis pontificum utrum post beatissimum Hormisdam* († 523) *aliqua sint addita, vestra caritas requirit; sed usque ad Vigilii papae tempora* (537—555) *expositas ordinationes praesulum esse cognoscat.* Neque enim perspicio, cur ordinationis vocabulum Duchesnius (vol. 1 p. CLIV) hic accipiat de decretis nescio quibus admissa significatione minus propria et reiecta sollemni. Eiusmodi laterculum auctor noster quominus ex ecclesiae scriniis adsumpserit, non solum nihil obstat, sed sunt quae confirment. Monuit Harnackius ordinationum formam sollemnem, qualis reperitur per vitas priores sine dubio ficticia, aliquatenus mutari ab Iohanne I (LV) usque ad Silverium (LX) (scilicet deficiunt ordinationes ipsae LVII, presbyteri et diaconi LV, presbyteri LIX, diaconi LVIII. LX; nominantur menses insoliti LVI) et propterea verae traditionis speciem prae se ferre, redire autem formam suspectam a Vigilio (LXI) ad Pelagium II (LXV) Gregorii praecessorem, easque ordinationes postea insertas videri ad explendum hiatum laterculi a Gregorio memoratum. Omnino ordinationes clericorum priores etsi non minus subditiciae habendae sunt quam quae de antiquiorum temporum episcopis praeterea narrantur, tamen partem posteriorem cur in dubium vocemus, causa nulla est. Sed ut vera sint quae traduntur, utilitatem nullam habent. Ex numeris trium ordinum, quos solos auctor enuntiat, non enuntiatis nominibus neque sedium episcopalium exceptis duabus Fundorum Campaniae (26, 10 in sola ed. priore) et Corsicae insulae (221, 8), nomine autem hominum nullo, inde ne hoc quidem colligas sub papa de quo agitur tot episcopia fuisse quot creavit episcopos; potuit enim sub eodem metropolitano eadem sedes plus semel vacare. Ordinationes ipsas per plerosque pontifices (exceptionem faciunt Hormisdas 131, 25 et Iohannes I 137, 24) ita numerari, ut numeri ordinationum longe inferiores sint numero annorum episcopi eius, exempli causa Silvester, qui sedit annos XXIII, sacerdotes ordinavisse dicitur LVIII, ordinationem celebrarit sexies tantum, mirum est; neque enim causa ulla intellegitur, cur loci plerique per multum tempus vacarint. Non minus offendit, quod ordinationes pleraeque factae dicuntur mense Decembri [1]; id quod neque cum quorundam episcoporum spatiis recte conciliatur (Blanchinius ad Anastasium vol. 3 p. 178; Duchesne vol. 1 p. CLIV) et abhorret a consuetudine non solum aetatis posterioris, sed ipsorum quoque temporum in Pontificali tractatorum. Gelasius certe in

[1]) Mensis December in prima parte solus invenitur, postea saepe usque ad Adeodatum (191, 6); adiungitur ei Februarius 113, 8. 117, 22. 125, 11. Substituuntur Februarius et Martius 138, 11; quadragesima et mensis septimus (al. September) 162, 12; Iunius 202, 1; Martius 216, 4. Passim mensis non enuntiatur, maxime in vitis posterioribus.

epistula a. 494 data ad episcopos Lucaniae et Bruttiorum et Siciliae (c. 11 p. 368 Thiel) *ordinationes,* inquit, *presbyterorum et diaconorum nisi certis temporibus et diebus exercere non audeant, id est quarti mensis ieiunio, septimi et decimi* (cf. in Callisto 21, 6), *sed etiam quadragesimalis initii ac medianae quadragesimae die sabbati ieiunio circa vesperam noverint celebrandas,* vel, ut eadem referuntur in libro diurno (c. 6 Sickel): *ordinationes presbyterorum seu diaconorum non nisi primi, quarti, septimi et decimi mensum ieiuniis, sed et ingresso quadragesimali atque medianae vespere sabbati noverit celebrandas.* Ordinationum ratio haec, quae pariliter continuatur post Constantinum, quomodo concilietur cum ecclesiae institutis item certissimis, adhuc non explicuerunt, quod sciam, rerum ecclesiasticarum periti, ne is quidem, qui data opera argumentum tractavit Iosephus Catalanus (pontificale Romanum illustratum. Romae 1738 pars 1 tit. 2 § 12); vere ordinationes ita per universum volumen procedunt, quasi non intellegatur solita consecratio sacerdotum succedentium, sed sollemnitas nescio quae maior disparibus intervallis celebrata. Videant de ea quaestione qui in res ecclesiasticas inquirunt, unicum tamen testimonium huiusce auctoris quam sit infirmum probe memores[1]). — Presbyteros urbis Romae, si Pontificalem audimus, primus Cletus (6, 8) ordinavit *ex praecepto Petri* (quem tamen et ipsum ait 4, 9 ordinavisse presbyteros decem) numero XXV; his presbyteris Euaristus titulos divisit (9, 8), Dionysius ecclesias dedit (36, 6); item aetate Diocletiana Marcellus titulos constituit in urbe Roma XXV totidemque creavit presbyteros (43, 10. 13). Eodem spectant patenae XXV positae ab Urbano (22, 4) et scyphi hamaeque XXV ab Hilaro dedicati *per titulos* (110, 17). Missis repetitionibus inanibus et nominibus ficticiis hoc inde colligimus parochias urbanas auctorem numerasse quinque et viginti, qui numerus prope accedit ad eum quem efficimus ex subscriptionibus synodi Romanae a. 499, scilicet duodetriginta[2]). Obiter memorantur tituli Crescentianae 87, 4; Damasi 84, 7; Equitii sive Silvestri 47, 11. 71, 13. 31; Fasciolae 114, 1; sanctorum Iohannis et Pauli 142, 1 (cf. 124, 13); Marcelli 44, 7; Sabinae 100, 10; Vestinae 88, 11. — In diaconis notum est ecclesiam Romanam constanter retinuisse numerum septenarium apostolorum (Act. 6, 3. 21, 8); etiam secundum auctorem nostrum et Petrus tot diaconos ordinavit (4, 8) et Euaristus (9, 8); septem regiones Clemens fecit (7, 5); Fabianus diaconis regiones divisit (27, 5; id quod venit ex catalogo Liberiano), Dionysius parochias (36, 6), Gaius regiones (39, 15). Diximus de iis antea (p. XXIII).

XIII. Aedificia a pontificibus facta et fundi donariaque ab ipsis aut sedentibus iis ab aliis oblata ecclesiis urbis Romae ut per tria prima saecula consentaneum est in hoc vitarum corpore vix comparere (mentio fit sepulcri Petri in Anencleto 8, 5, basilicae Callisti in hoc 21, 9, fabricarum coemeterialium in Fabiano 27, 7), ita deinceps magnam libri partem constituunt et fortasse omnium optimam, neque tamen recepta sunt in formam ab auctore stabilitam, sed prout res incidit auctor de ecclesiis coemeteriisque factis refectisve notitiam proponit minime spernendam et possessionum anathematumque ecclesiis oblatorum amplos laterculos affert, omnium maxime in Silvestro, ubi recensentur dona Constantiniana p. 47—71, sed item in Marco 73, 9 seq., in Damaso 84, 7 seq., in Innocentio I 88, 9 seq., in Bonifatio I 93, 6 seq., in Caelestino p. 94, 10 seq., in Xysto III p. 97, 4. Laterculorum horum maxime insignis Silvestrianus unde descendat, quaeritur. Recensentur in eo non solum urbis Romae ecclesiae iussu imperatoris aedificatae

---

[1]) Exposuit de hac quaestione difficillima neque intra huius praefationis terminos concludenda nuper Harnackius in actis minoribus academiae Berolinensis a. 1897 p. 761—778. [2]) Conspectum dedi in ed. mea ad calcem variarum Cassiodori p. 508. Titulos duos *sancti Laurentii* et *Damasi* pro uno numerandos esse, scilicet *sancti Laurentii in Damaso* recte observavit Duchesnius vol. 1 p. 165; de titulis Pammachii et Vizantis quominus idem statuatur, obstat numerus presbyterorum per singulas ecclesias non superior ternario. Homonymiae aliae num lateant in indice, videant rerum gnari.

et dona iis oblata, sed item factae et instructae in Italia, ut Capuae (70, 4) et Neapoli (70, 20), inter haec dona privati cuiusdam Gallicani oblata ecclesiae Ostiensi (68, 17); quae omnia cum uno tenore decurrant, parum intellegitur, qua via pervenerint in scrinia episcopi urbis Romae. Ipsi autem indices non solum iusto ordine procedunt, sed etiam aperte spectant ad largitiones imperatorias; fundi enim ecclesiis attribuuntur non solum in Italia, sed per multas provincias, Siciliam, Numidiam, diocesin Orientis (58, 18), quae cum complecti videatur Antiochiam Alexandream Aegyptum, collegit inde Duchesnius (vol. 1 p. CL) indicem factum esse eo tempore, quo Aegyptus pars fuit dioecesis illius separata inde ante finem saeculi quarti, nimium fortasse tribuens auctori ibi, ubi a mendaciis abstinet, certe turbido. Reditus quoque ex parte effecti aromatis mercibusque Orientis cum ea attributione conveniunt. Convenit item aetati Constantinianae possessio, quam *fiscus occupaverat tempore persecutionis* (64, 10)[1]) convenitque eidem nomen illud Gallicani, quo appellantur consules duo a. 317 et 330[2]). Ecclesias Christianis Constantinum multis locis aedificandas curasse cum Eusebius testis sit[3]), in urbe Roma ad eum aliquatenus certe redeunt basilicae duae Laterana et Vaticana. In domo Laterana cum iam a. 313 iudicium habitum sit de Donatistis praeside episcopo Miltiade[4]), eam ab ipso Constantino episcopo ei dono datam esse non absimile veri est; certe ecclesia ibi facta ut in hoc libro passim, ita iam in actis synodi Romanae a. 487 appellatur *basilica Constantiniana* (Thiel p. 259). Basilicam denique sancti Petri in Vaticano a Constantino I aedificatam esse fidem faciunt et tegulae ibi repertae eius nomine inscriptae[5]) et quod in eius arcu quodam lectum est epigramma notissimum[6]); accedit alterum a nostro auctore solo fere relatum Constantini et Helenae (57, 10) corruptum neque tamen confictum. Etiam basilicam sanctae Agnetis factam esse a Constantii filia non Constantia, ut legitur in hoc libro 62, 23, sed Constantina testatur titulus acrostichus Buecheleri n. 301. Denique Helenam matrem Constantini sepultam esse in urbe Roma auctor noster (65, 21. 66, 11) et Eusebius (vita Constantini 3, 47) pariter referunt. — Haec verarum relationum indicia ut diligenter expendenda sunt, ita non obliviscendum tradi haec a mendacissimo nugatore eiusque solius fidem vere nullam esse, eo magis quod tota haec narratio Constantiniana arte coniuncta est cum baptismate Silvestriano (54, 24 et al.) et sine dubio labem inde traxit. Quid quod apud hunc auctorem etiam sancti Pauli basilica a Constantino dicitur facta esse (60, 11), quam ex rescripto Valentiniani II, Theodosii et Arcadii emisso ad Sallustium praefectum urbis constat coeptam esse fabricari a. demum 386 (Avellana ed. Guenther vol. 1 ep. 3). Hoc tenendum ut nomina dubia, ita ipsos indices corruptos incuriose, sed in summa re geminos esse recensum continentes largitionum imperatoriarum saeculo potissimum quarto ecclesiis Christianorum in Italia oblatarum. Sed tamen cum laterculi hi non ad formam libri pertineant, non

---

[1]) Quid significet possessio *praestans nomini* (vel *nomine*) *Christianorum solidos CXX* (64, 13), equidem nescio. — *Schenica deserta in urbe Albanense* (69, 20) Nibbyum fere secutus Rossius (*Bull. di arch. crist.* 1869 p. 76. 1873 p. 102) iudicavit castra esse legionis II Parthicae constituta ibi per saeculum tertium, quarto autem translata in Orientem. At scaenici vocabulum Latine accipi posse pro castrensi nego, cogitandumque potius erit de theatro cum villa imperatoria coniuncto (Sueton. Dom. 4). [2]) *Ambronius* (59, 9; v. l. *Ambrosius*) sive *Hybromius* (60, 3) alibi non nominatur nec magis *Festus* (55, 19), quem classis III librorum *praepositum sacri cubiculi* facit. [3]) Vita Constantini 1, 42. 2, 45. Exposuit de hisce donationibus Constantini Rossius *Bull. di arch. crist.* 1863 p. 49. [4]) Optatus Milevitanus de schism. Donatist. l. 1 c. 23: *convenerunt* (episcopi iudices) *in domum Faustae* (fortasse uxoris Constantini) *in Laterano*. [5]) C. I. L. XV n. 1656. Sane expectes earum testes plures et certiores. [6]) Ex Anonymo Einsidlensi (C. I. L. vol. VI p. X n. 6) aliisque Buecheler anthol. Lat. n. 300: *quod duce te mundus surrexit in astra triumphans, hanc Constantinus victor tibi condidit aulam*. Alterius quoque inscriptionis ab eodem Anonymo exceptae (C. I. L. l. c. n. 10; Buecheler n. 315) pater et filius sine dubio sunt Constantinus I et aut Constantinus II aut Constantius II. — Titulus 'in imagine Constantini' ibidem olim lectus (Buecheler n. 902) sine dubio aetatis est longe posterioris alludens ad sanitatem aegroto a Petro redditam, id est ad leprae fabulam.

hoc loco tractandi sunt, sed commentariis illustrandi, id quod Duchesnius egregie (praesertim vol. 1 p. CXL—CLIV) perfecit. Unum addo omnino comparandam esse chartam Tiburtinam scriptam a. 487 (l. c. p. CXLVI) inventariis hisce simillimam.

XIV. Denique varia praeterea in vitas relata, terrae motus et eclipses et similia, librorum scriptorum hic illic notitia inserta, haereticorum, praesertim Manichaeorum persecutiones, iudicia de episcoporum moribus, quae non comparent ante Gelasium I (116, 12), in hac introductione ut tractentur, non requiritur. Externa cum perraro tangantur, mirabilis sane accidit notitia de rege Britannorum Lucio imperante Commodo facto Christiano (17, 4), quam tamen ad auctorem Pontificalis libri redire et Britannis ex eo demum innotuisse alio loco (chron. min. vol. 3 p. 115 ad historiam Brittonum Nennianam) demonstravi.

CAPVT TERTIVM.

ORDO ET SPATIA EPISCOPORVM ROMANORVM.

Nomina episcoporum urbis Romae cum spatiis episcopatuum praeter annos etiam menses diesque enuntiantibus, quae libro Pontificali pro fundamento sunt, unde venerint, hodie exploratum est. Scilicet extiterunt antiquo tempore et extant adhuc laterculi episcoporum duo Latine scripti [1]), quorum utrumque adhibuerunt qui librum hunc compilarunt auxeruntve. Sunt autem hi.

1. Liberianus qui dicitur, insertus, ut supra (p. VIII) diximus, chronographiae urbanae scriptae a. p. Chr. 354 imperante Constantio II sub episcopo urbis Liberio, habet praeter episcoporum nomina eorumque annos menses dies adnotationes quasdam rerum memorabilium, medium ita locum tenens inter laterculum et chronographiam. Hunc Pontificalis totidem fere verbis et ita, ut singula capita ab hisce excerptis ordiri soleant, suo volumini inseruit. Nos eum in hac praefatione non repetivimus, sed singulis vitis quae in Catalogo respondent subscripsimus.

2. Index quem nos nuncupamus est laterculus habens praeter nomina solos annos menses dies episcopatus, recensitus hoc loco ad duodecim exemplaria mox nominanda [2]). Exemplaria ea omnia redire ad unum idemque archetypum colligitur cum ex consensu eorum in nominibus et numeris plerisque, tum potissimum inde, quod in Indice hoc (composito omnino utilitatis studio maiore quam veritatis ad illustrandam continuationem Romani episcopatus ab ipsa origine ad diem praesentem non interruptam) schismata omnia praetereuntur, sed admittitur una cum Liberio Felix II

[1]) Chronicis Hieronymianis, quibus inserta sunt episcoporum Romanorum nomina cum annis, sed omissis fere mensibus diebusque, in Pontificali libro formando nullae partes datae sunt. Tractabimus autem hoc loco non quaestionem difficillimam et late patentem de episcoporum Romanorum origine et ordine, quam duo viri egregii Lightfoot (*the apostolic fathers, Clement* vol. 1 p. 201 sq.) et Harnack (act. minor. acad. Berol. a. 1892 p. 617 seq.) doctrina et sagacitate sibi propria nuper elucidaverunt. Utiliter praeterea adhibebuntur quae de spatiis episcoporum exposuit Duchesnius praesertim vol. 1 p. XVI—XXI. Nos hoc solum nobis proposuimus explorare, quibusnam auctoribus in ordine episcoporum constituendo spatiisque episcopatuum determinandis ii usi sint qui Pontificalem librum formarunt et formatum recognoverunt. [2]) Etiam Graece scripti episcoporum Romanorum catalogi, scilicet qui sint scripti post Constantinum, itemque scripti lingua aliqua Orientali ex eodem laterculo origine urbano proficisci videntur admittuntque licet non omnes Felicem II (cf. Lightfoot l. c. p. 240 seq. 314 seq. 322). Sed cum menses raro habeant, dies semper omittant, hoc loco potuerunt omitti. — Picturarum indices ecclesiae urbanae sancti Pauli (cf. Duchesne vol. 1 p. XXV seq. LXXX seq.; Lightfoot l. c. p. 318) a nobis praetermissi sunt propter causam infra expositam.

(n. XXXVIII) omnino propterea, quod eum Indicis auctor non pro antipapa habuit, sed pro coepiscopo, recte ni fallor[1]). Scilicet ut narrat Sozomenus (hist. eccl. 4, 11—15) Liberio episcopo a Constantio in exilium misso vicarius eius factus est Felix diaconus; deinde populo Romano rogante, ut Liberius sibi redderetur, et suadentibus episcopis Sirmii congregatis imperator Liberio permisit, ut Romam rediret et una cum Felice episcopatum administraret (*γράφουσί τε προσδέξασθαι αὐτὸν οἱ ἐν Σιρμίῳ ἐπίσκοποι Φήλικι τῷ ἡγουμένῳ τότε τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας καὶ τῷ ἐνθάδε κλήρῳ, ἄμφω δὲ τὸν ἀποστολικὸν ἐπιτροπεύειν θρόνον καὶ κοινῇ ἱερᾶσθαι μεθ' ὁμονοίας*). Paullo post defuncto Felice Liberius solus episcopus remansit (*ὀλίγον δὲ χρόνον Φήλικος ἐπιβιώσαντος μόνος Λιβέριος τῆς ἐκκλησίας προΐστατο*). Hanc litigiorum compositionem sequitur fere narratio libri Pontificalis, in minoribus hic plura conturbans, sed rei summam recte enuntians verbis p. 79, 2: *omnes itaque anni Felicis in huius* (Liberii) *ordine dinumerantur*. Sequitur eandem item is qui Indicem composuit, cuius octo exemplaria ex novem Felici spatium aut nullum (n. 1. 3. 4. 5. 8. 9) aut paene nullum (n. 2. 6) adscribunt, unum solum nequaquam egregium (n. 7) solito more formatum spatium apponit. — In spatiis determinandis Indicis exemplaria in duas quodammodo familias ita discedunt, ut ab una parte stent exemplaria antiquiora maxime 1. 2. 3. 4, ab altera recentiora maxime 7. 8. 9, quamquam non desunt loci a communi hac lege recedentes. Archetypum omnium extitisse saeculo quinto exeunte vel certe incipiente sexto inde colligitur, quod ex exemplaribus antiquissimum quod videtur finit in spatio Gelasii I (492—496), tria ex ordine temporum sequentia in spatio Hormisdae († 523), sextum in Iohanne II († 535). Laterculus quo tempore in hanc formam redactus sit cum determinari nequeat[2]), certe nihil obstat, quominus vetustate Liberianum aut aequet aut superet. Immunem eum mansisse a corruptelis Liberiano propriis infra ostendemus.

Indicis exemplaria post Schelestratium Bianchinium Vignolium Lipsium alios nuper composuit Duchesnius (vol. 1 p. 24—33) numero novem[3]), quibus decimo loco addidimus spatia fragmenti Veronensis supra p. XI edita pervenientia a Symmacho ad Vigilium, undecimo quae subiecta sunt epitomae Felicianae pervenientia a Bonifatio IV ad Pelagium II, duodecimo quae reperiuntur in continuatione Prosperiana Havniensi a Felice III ad Deusdedit. Ipse quamquam eius generis codices non paucos evolvi[4]), plerosque laterculos vidi sumptos esse non tam ex Indice quam ex libro Pontificali[5]) neque ullum

---

[1]) Exposui de controversiis his in commentario *die römischen Bischöfe Liberius und Felix II* inserto ephemeridi *deutsche Zeitschrift für Geschichtswissenschaft, neue Folge 1* a. 1896/7 p. 167—179. [2]) Lightfootius (l. c. p. 311) Leonini vocabulum ei tribuit propterea quod in paschali Cizensi scripto a. 447 haec leguntur (chron. min. vol. 1 p. 507): *huic collectioni paschalium dierum non solum seriem consulum conexuimus, sed etiam annos apostolicae sedis antistitum et aetates regni principum Romanorum diligentissima adnotatione subdidimus.* At eius generis tabulas certe inde ab aetate Constantiniana publice circumferri solitas esse cum ostendat chronographia Philocaliana, verba illa non determinant, cuius naturae index is de quo agunt fuerit. [3]) Catalogos aliquot aetatis recentioris recenset Maassen *Quellen* 1 p. 405. Compilationes indigestae, quas proponunt editores Solesmenses (*origines de l'église Romaine par les membres de la commission de Solesmes* vol. 1 Parisiis 1836 p. I—CXII) et Pitra (analecta novissima spicilegii Solesmensis, altera continuatio tom. 1 a. 1885 p. 315—334) utilitatem non habent. [4]) Inter libros quos ego examinavi unus Monacensis 14732 (olim S. Emmerami G 117) saec. XII, finiens in Iohanne III († 574) mutilus, non redit ad librum pontificalem, cum omittat Anacletum et admisso Marcellino Marcellum, sed ad Indicem. Numeri tamen, quos enotavi, a testatis nostris non recedunt nisi apertis corruptelis (casu opinor Pio tribuuntur d. XXI cum catalogo Liberiano), nec dignus visus est liber recens, quem in hunc ordinem referrem. [5]) Catalogi derivati ex Pontificali cum plerumque textum classium meliorum sequantur, inveniuntur item recedentes a numeris vulgaribus et pendentes a classe tertia. Ita catalogus libri Havniensis 1582 finiens in Nicolao II († 1061) habet spatia haec: Anterotis (qui Pontianum praecedit) XII. I. XII (cum vulgaribus) — Pontiani V. II. II (fere ut cl. III) — Marcelli V. VII. XXI (cum vulg.) — Eusebii II. II. XXV (cum cl. III) — Pelagii primi XI. X. XVIII (cum vulgaribus). Similiter editus nuper (spicilegium Casin. tom. 1 a. 1888 p. 419 cf.

deprehendi, qui utilitatem aliquam haberet. — Exemplaria quae composui non proficisci e Pontificali declarat ipsa aetas codicum et magis etiam syllogarum, quibus continentur, ut mittamus Anacletum in Pontificalem librum perperam receptum, in laterculis illis recte praeteritum aliaque similia vera antiquitatis indicia, de quibus infra dicetur. Vere originem ducunt Indicis exemplaria quae supersunt ex corporibus canonum synodicorum et decretorum pontificalium secundum seriem pontificum dispositorum incipientium ab initio saeculi VI; ea eiusmodi laterculum pariter requirunt atque corpora constitutionum imperatorum (cf. chron. min. vol. 3 p. 412). Ex nostris quinque et in his vetustissima quaeque I. II. III. IV. VII ex eius generis corporibus constat descendere et reliqua quoque ex similibus syllogis proficisci probabile est. Origo igitur communis confirmat quod supra exposuimus exemplaria Indicis omnia redire ad idem archetypum subinde continuatum.

1. Arrasiensis n. 644, antea S. Vedasti, saec. IX; index praemissus est syllogae canonum Quesnelianae. Spatia finiunt in Felice III (492), nomina in Severino († 640). praescribitur: *brcb[e] nominum episcoporum urbis Romae qui fuerunt a sancto Petro quis quantum sedit.* Edidit primus Duchesnius p. 14, ad quem repetivi.

2. Corbeiensis olim, deinde S. Germani n. 936, iam Parisinus n. 12097 saec. VI. Praemittitur syllogae canonum quae ab hoc codice appellari solet (Maassen *Quellen* 1, 556). Nomina et spatia finiunt a prima manu in Hormisda († 523); adiecta sunt manu diversa nomina et anni (sine mensibus diebusque) ad Vigilium, cui dantur anni non XVII toti, sed tantummodo XIIII. Praescribitur: *incipiunt nomina apostolicorum,* subscribitur a manu tertia non noni saeculi, sed (admonuit Traubius) duabus prioribus fere aequali: *ab apostoleca sede Petri apostoli usque ordenatione sancti Silvestri anni CCLVII* (*luii* est in litura a manu diversa). Ediderunt Mabillon primus (vetera analecta ed. 1682 vol. 3 p. 426, ed. 1723 p. 218) et ad codicem Duchesne p. 16; photographice repraesentaverunt Bastard *peintures et ornaments des manuscrits* tab. 7 (secundum numerationem *neues Archiv* 8, 453) a Gelasio ad Hormisdam et a Marco inde ad finem Zangemeister et Wattenbach in exemplis codd. Lat. tab. 40.

3. Teatinus origine, iam Vaticanus reginae n. 1997 fortasse saec. VIII, syllogae canonum, quae ab hoc codice appellatur (Maassen l. c. p. 526). Index reperitur medius inter concilia Romae habita sub Symmacho a. 499 et 502. Nomina et spatia finiunt in Hormisda († 523), ad quem numerantur episcopi LII. Praescriptio nulla; subscriptum *expl. amen.* Edidit primus Lipsius *Chronologie der römischen Bischöfe* (1869) p. 128 (cf. p. 78) ad exemplum Bethmanni, deinde Duchesne p. 18; recognovi codicem, qui ab editione Duchesniana non differt.

4. Remensis olim, deinde apud Phillippsium n. 1743, iam Berolinensis Phill. n. 84 saec. VIII, syllogae canonum quae ab hoc codice appellari solet (Maassen l. c. p. 638; Rose *lat. Meerman-Hdschr.* p. 171). Indicem f. 293 praecedit decretum papae Gelasii de libris recipiendis vel non recipiendis, sequitur laterculus provinciarum Galliarum (chron. min. vol. 1 p. 564). Spatia finiunt in Hormisda († 523), nomina in Felice IIII

---

praef. p. CII) ex codice Casinate 557 scripto c. a. 1166 finiens in Silvestro et propterea venditatus pro thesauro habet et Anacletum et cum Marcellino Marcellum, Anicetum ante Pium, Anterotem ante Pontianum, numeros fere tertiae classis (ut Dionysio dantur a. II m. III d. VII). Omnino quibus copia data est laterculorum scriptorum inspiciendorum, desiderandum est, primum ne acta agant inutilibus et merita nocte sepultis in lucem prolatis, deinde et multo magis, ut eorum publice rationem reddant, qui non descendunt ex libro pontificali, id est qui non habent Anacletum et Marcellum. Nam quamquam errant, qui eius generis laterculum nacti propter propria quaedam plerumque vitiosa eum ineditum credunt neque causa est, cur Index pontificum Romanorum aliter tractetur atque reliqua scripta pluribus codicibus tradita, exemplorum collatorum optandum est ut numerus augeatur.

(† 530). Episcopi numerantur; postremus Felix IIII est quinquagesimus quartus. Praescribitur et subscribitur: *incp* (in fine *explnt*) *nomina episcoporum qui in urbe Romae* (*roma* in fine) *fuerunt*. Ediderunt ad apographum Pertzii Lipsius l. c. et a Bergero descriptum Duchesne p. 20. Ipse recognovi neque quicquam repperi quod in exemplari edito mutandum esset.

5. Laudunensis saec. VII ('ex bibliothecae manuscripto S. Ioannis Laudunensis ab annis plus mille descripto'), hodie deperditus, una cum catalogo patriarcharum Alexandrinorum, cuius spatia finiunt in Timotheo Elurio († 477), nomina in Apollinari (c. a. 559). Spatia episcoporum Romanorum, quae non habent nisi annos et menses, finiunt in Pelagio I († 561), nomina (a prima manu ut videtur, nam ad eum adscriptum est *usque praesens tempore Mauritii imp. Augusti*) in Pelagio II († 590); accedit nomen Gregorii I. Praescriptum est: *incipiunt Romanorum nomina sacerdotum.* — Laterculus haud scio an Graecis potius adnumerandus sit quam oriundis ex ecclesiis Latinis. Nam praeter coniunctionem cum altero Alexandrino omittit dies (cf. p. XXVIII not. 2) neque habet Felicem II., quae duo momenta in solis Graecae ecclesiae laterculis observata sunt. Praeterea admodum perturbatus est. Addit episcopos quattuor male geminatos vel ficticios post Fabianum (21) Victorem, post Xystum II (25) Maximum, post Damasum (39) Musonium, post Agapitum (59) Vigilium; ita cum Felicem II, ut dixi, omittat, Dionysium (26) habeat quidem, sed non numeret, duobus numeris demptis, quattuor additis laterculi Laudunensis ultimus Gregorius I, Indicis LXIV, hic est LXVI. Edidit laterculum Montfaucon ad Athanasii opera tom. I part. I (1698) p. XC.

6. Coloniensis n. 212 continens syllogen canonum, quae ab eo appellatur, in foliis duobus a glutinatore adiectis indicem pontificum habet scriptum a manu vetustiore, saeculi ut videtur sexti. Spatia, quatenus a prima manu sunt, finiunt in Iohanne II († 535), nomina in successore eius Agapito; eius spatium itemque nomina spatiaque ad Pelagium II († 590), nomen solum successoris eius Gregorii I. adiecit manus altera. Praescriptum: *incipiunt nomina sanctorum episcoporum qui sedem beati Petri sedere meruerunt,* subscriptum a manu prima: *qui fiunt anni DVIII* (non *DCVIII,* ut est apud Duchesnium). Ediderunt Maassen *Quellen* 1 (1870) p. 958 et Jaffé et Wattenbach eccl. Colon. codd. mss. (1874) p. 165. Photographice expressum dederunt Zangemeister et Wattenbach in exemplis codd. Lat. tab. 37. 38, ad quos repetivi.

7. Albigensis n. 2 saec. IX canonum syllogae ei, quam enarrat Maassen l. c. p. 592, praeposuit laterculos tres, dioecesium Galliae (cf. chron. min. vol. 1 p. 524), provinciarum imperii Romani (l. c. p. 563), episcoporum urbis Romae. Nomina et spatia perveniunt ad Pelagium II († 590) adiecto successore Gregorio I cum spatio corrupto. Episcopi non numerantur. Praescriptio et subscriptio nullae. Edidit Duchesnius l. c. p. 26, ad quem repetivi.

8. Fredegariana quae dicitur sylloge scripta saec. VII medio in fine libri primi inter excerpta Hieronymiana et Isidoriana catalogum continet episcoporum Romanorum, cuius in vetustissimis exemplaribus spatia finiunt in Iohanne IV († 642) adiecto sine spatio nomine successoris Theodori. Manus altera in exemplo primario indicem continuavit ad Hadrianum I. († 795). Praescriptum: *incipit not de episcopis sanctae ecclesiae Romanae qui cui successit vel quanto tempore fuit.* Post Dodwellium (diss. de pontif. Rom. post opp. postuma Pearsonii Londinii 1688 p. 222), qui libro usus est Oxoniensi Bodleiano mus. 74 derivato ex melioribus (cf. *neues Archiv* 4, 383), indicem eum edidit inter Fredegariana Kruschius (script. Merov. vol 2 p. 34), exprimens codicem, a quo reliqui pendent, Parisinum 10910 saec. VII/VIII adiecta varia lectione Mettensis n. 134 et Bernensis n. 313. Illum item adhibuit Duchesnius p. 28.

9. Corbeiensis olim, deinde S. Germani n. 255, iam Parisinus 12205 saec. VIII. Praecedunt scripta varia Augustini et Nili et regulae sanctorum patrum Serapionis aliorumque. Spatia perveniunt ad Cononem († 687), nomina ad Iohannem VI († 705). Praescribitur: *incp de episcopis Romanae ecclesiae.* Abest ab hoc exemplari Petrus. Episcopi non numerantur, sed adscribitur ad Gregorium I: *fiunt usque hic LXIII.* Edidit primus Mabillon in analectis ed. 1682 vol. 3 p. 428, ed. 1723 p. 219; item ad codicem Duchesnius p. 31.

10. Codex Veronensis n. XXII (20) saec. VI, de quo supra p. VIII dixi, initio mutilus continet nomina et spatia episcoporum a Symmacho ad Vigilium († 555). Iis numeros praescribit LII—LX.

11. Codices duo pleni epitomae finientis in Felice IIII Parisinus n. 1451 et Vaticanus reginae n. 1127 post eam, ut infra in codicum enarratione dicetur, sistunt nomina episcoporum cum spatiis suis a Felice IIII (quem index repetit errore) ad Pelagium II († 590). Laterculus alter eorundem librorum finiens in Hadriano I († 795) vel in Paschali I († 824) a nobis non est receptus utpote derivatus ex libro Pontificali. Illi, quem admisimus, subscriptum est: *a beato Petro usque nunc fiunt anni CCCCXLIIII et menses VII* (*ui* Vat.) *excepto interuallos* (*-lus* Vat.) *episcopati.* Numeri librum Pontificalem continuantes esse debuerunt LVI—LXV, sed cum primum episcopum numeratum iam in epitoma laterculus repetat et duos sequentes male geminet, praescripti sunt pro veris numeri LVII—LXVIII.

12. Codicis Havniensis n. 454 collectanea Prosperum continuantia (dixi de eis in chron. min. vol. 1 p. 266) inter alia exhibent nomina episcoporum Romanorum cum spatiis suis a Felice III († 492) ad Deusdedit († 618), quae laterculo inserui.

Numeros episcopis praescribunt ex laterculis his tertius quartus quintus decimus undecimus numeratque episcopos etiam nonus. Missis quinto et undecimo, de quorum numeratione corrupta supra diximus, tertius et quartus nominibus recensitis recte respondent, item nonus, nisi quod cum ab eo Petrus absit, Gregorius I Indicis LXIV hic est LXIII. Consentit cum Indice continuator Marcellini Vigilium faciens episcopum LVIIII (chron. min. vol. 2 p. 46). — Pontificalis liber convenit cum Indice eatenus, quod addit duos Anencletum et Marcellinum. — Differt laterculus decimus omnium optimus Symmachianus unum episcopum nescio quomodo addens; nam Symmachus Indicis LI ibi est LII. Fieri potest, ut omisso Petro scriptor admiserit Anencletum et Marcellinum. — Hieronymus cum Petrum inter episcopos non numeret et omittat Felicem II, episcopus ei extremus Damasus, Indicis XXXVII, Pontificalis XXXIX, apud Hieronymum est XXXV. Sequuntur Hieronymum continuatores eius Prosper, apud quem extremus Leo I, Indicis XLV, Pontificalis XLVII, est XLIII, item Marcellinus ipse (chron. min. l. c.).

1 *(1—8, om. 9)*							
Petrus	sed. ann.	XXV		mens.	II	d.	III
sanctus petrus *3. 4. 8*		xx *2*					ii *8*
petrus apostolus *5*		xxxu *4*					
beatus petrus *7*							
2 *(1—9)*							
Linus	sed. ann.	XI		mens.	III	d.	XII
iulius *5*		xii *9*			ii *4*		ii *4*
		xiii *5*			u *9*		xuii *8*
					ui *5*		*om. 7*
3 *(1—9)*							
Cletus	sed. ann.	XII		mens.	I	d.	II
clytus *2*		ui *4*			ii *9*		u *9*
aniclytus *6*		uiii *9*					uiii *6*
anelitus *7*		xi *1*					uiiii *7*
		xxii *6*					xii *1*
							xuiiii *8*
4 *(1—9)*							
Clemens [I]	sed. ann.	VIIII		mens.	I	d.	X
climens *2*		ui *9*			ii *6. 7. 8*		i *2*
					x *2*		xiiii *9*
6 *(1—9)*							
Euaristus	sed. ann.	VIIII		mens.	X	d.	II
euuaristus *1. 2. 7*		uiii *2. 4*			iii *9*		xii *9*
euuarestus *4*		xiiii *9*					
euarestus *5*							
euaritus *8*							
7 *(1—9)*							
Alexander [I]	sed. ann.	XII		mens.	VII	d.	II
		uii *9*			ui *9*		ui *9*
		x *6. 7. 8*			uiii *4*		
8 *(1—9)*							
Xystus [I]	sed. ann.	X		mens.	II	d.	I
xistus *2. 5*		xxu *9*			iii *5. 8*		ii *8*
syxtus *3. 8*				*(errat Duch. de 6)*			
sixtus *4. 6. 7*							
9 *(1—9)*							
Telesphor	sed. ann.	XI		mens.	I	d.	XXI
talesfor *3*	telisforus *6*	xii *1*		iii *6. 7. 8. 9*			xui *7*
telespur *7*	thelisforus *9*						xxui *9*
telesior *8*	talesphorus *5*						
thelispher *2*	talisfurus *4*						
telesforus *1*							
10 *(1—9)*							
Egenus	sed. ann.	IIII		mens.	III	d.	I
ygenus *8*	aginus *3*	iii *4*			ii *3. 4*		iii *7*
ygaenus *1*	ingenuos *6*	ui *9*			*om. 1*		iiii *6. 9*
yginus *9*	eugenius *4*	xu *1*					xi *1*
iginus *5*							*om. 8*

Propter latereculorum praescripta numerosque episcopis praescriptos vide praemissa. — Compendia codicum in vocabulis ann. — mens. — d. *non adnotantur. — Nominibus singulis episcoporum praem.* dom. *6. — dies om. hic et deinceps 5.*

ad 3: isti uiuente dom. petro sederunt *adnotat 6.*

11 *(2—9; om. 1)*			
Pius [I]	sed. ann. XVIIII	—	d. XI
osus *2*	xuiii *2. 4. 9.*	iiii *6. 7. 8. 9*	i *2*
			iii *7. 8. 9*
12 *(1—7. 9; om. 8)*			
Anicetus	sed. ann. XI	mens. IIII	d. III
anichetus *1*	anecitus *7.*		ii *2*
anicitus *2. 3. 9*	niceta *5*		
anecetus *4*			
13 *(1—9)*			
Soter	sed. ann. VIIII	mens. II	d. XXI
sother *3. 6. 7. 8*	uiii *4. 5. 6*	iii *1*	ii *9*
suther *4*	xiiii *9*	u *9*	
socher *2*		ui *6. 7. 8*	
14 *(1—9)*			
Eleutherius	sed. ann. XV	mens. III	d. II
eleuterius *5. 6*	filetus *9* u *9*	ii *1*	i *1*
heleuterius *3*		x *9*	xxii *9*
eleuterus *1*			
eleuther *8*			
15 *(1—9)*			
Victor [I]	sed. ann. XV	mens. III	d. X
uictor *4*	x *6. 7. 8*	ii *6. 7. 8*	
		iiii *5*	
16 *(1—7. 9; om. 8)*			
Zeferinus	sed. ann. XVIII	mens. VI	d. X
zepherinus *5. 7*	uiii *6. 7*	uii *2. 6. 7*	iii *1*
zyferinus *6*	xuii *4*		u *9*
ciferinus *4*			xu *6*
g(?)epherinus *2*	seuerinus *9*		
17 *(1—9)*			
Callistus [I]	sed. ann. V	mens. X	d. X
callestus *1*	ui *7*	ii *7. 8. 9*	
calistus *2. 3. 4. 5. 7*		iii *6*	
calestus *8. 9*		xi *1*	
18 *(1—9)*			
Urbanus [I]	sed. ann. VIIII	mens. I	d. II
orbanus *4. 8*	iiii *7. 8*	x *6. 7. 8*	i *1*
	uiii *4*		xii *6. 7. 8*
19 *(1—9)*			
Pontianus	sed. ann. VII	mens. X	d. XXII
poncianus *4. 8*	u *1*	u *1. 6. 7. 9*	ii *7. 8. 9*
potentianus *7*	uiiii *6. 7. 8. 9*		xii *6*
20 *(1—9)*			
Anteros	sed. —	mens. I	d. XVIIII
antheros *3*	i *4*	ii *5*	x *9*
anterus *1. 4. 5. 7. 8*	x *6*		xi *2*
antherus *6. 9*	xi *9*		xii *6. 7. 8*
anthyrus *2*	xii *1. 7. 8*		xuii *4*

21 *(1—9)*							
Fabianus	sed. ann.	XIIII		mens.	II	d.	X
fauianus *2*					i *8. 9*		xi *7. 8*
flauianus *4. 8*					iiii *5*		
gatitanus *9*					*om. 7*		
22 *(1—9; post Fabianum ins.* Victor a. XV m. III *5)*							
Cornelius	sed. ann.	II		mens.	III	d.	X
cornilius *2. 4. 6. 8*		iii *8*			ii *7. 9*		iii *7. 8. 9*
							incert. 2
23 *(1—7. 9, om. 8)*							
Lucius	sed. ann.	III		mens.	VII	d.	X
lucas *1*		iiii *2. 3. 4*			i *7*		u *1*
		uiiii *6*			iii *6. 9*		iii *7. 9*
					uiii *2. 3*		*incert. 2*
24 *(1—9)*							
Stefanus [I]	sed. ann.	VI		mens.	V	d.	V
stephanus *1. 3. 9*		xi *5*			i *2*		ii *7. 8*
steuanus *4*		*om. 9*			*om. 9*		x *(?) 2*
							om. 9
25 *(1—9)*							
Xystus [II]	sed. ann.	I		mens.	X	d.	XXVI
xistus *5*	sixtus *4. 6*	uii *5*			i *2*		xuii *4*
sistus *2*					*om. 5*		xxiii *7. 8*
it. sixtus *7*							xxu *1*
syxtus *3. 8*							*incert. 2*
26 (*1—9; post Eutychianum 5, hoc loco inserens* Maximus a. VIII m. V)							
Dionysius	sed. ann.	VIII		mens.	V	d.	IIII
dionisius *1. 4. 8*	dionitius *6. 7*	ui *7. 8. 9*			ii *7. 8*		i *9*
zionisius *3*	dionethius *2*	uii *1*			uiiii *5*		iii *2*
dyonisius *9*		uiiii *5*					
27 *(1—9)*							
Felix [I]	sed. ann.	IIII		mens.	I	d.	XXV
felex *4*		iii *9*			ii *5*		xxui *8*
		uii *6*			iii *8*		*incert. 2*
					u *7*		
28 *(1—9)*							
Eutychianus	sed. ann.	I		mens.	I	d.	I
euticianus *4. 5. 6. 9*	puthicinus *8*	iiii *6*			ii *7*		ii *3. 4*
eutitianus *7*		u *8*			*om. 5*		xi *6*
euthitianus *2*		*om. 5*					*inc. 2*
euthicianus *3*							*om. 9*
29 *(1—9)*							
Gaius	sed. ann.	XI		mens.	IIII	d.	XII
gagius *4*					ui *7*		uii *7*
							xi *2*
							xu *4*
30 *(1—9)*							
Marcellus	sed. ann.	I		mens.	IIII	d.	XVI
marcellinus *5*		uiiii *5. 7. 8. 9*			iii *7*		xii *3. 4*
					ui *6*		*incert. 2.*
					om. 5		

32 *(1—9)*				
Eusebius	sed.	—	mens. VI	d. III
		i *6*	i *8. 9*	
		u *7*	*om. 2. 5. 7*	
		ui *8. 9*		
33 *(1—9)*				
Miltiades	sed. ann.	IIII	—	—
militiades *5. 9*	melsiadis *2*		uii *5*	
. . .tiadis *6*	melciades *1*			
militiadis *7*	melchiadis *3. 4*			
miliciadis *8*				
34 *(1—9)*				
Silvester	sed. ann.	XXIII	mens. X	d. XI
seluester *4*		xxii *1*	*om. 5*	x *2*
. . . ter *6*		xxxiii *5*		
35 *(1—5. 7—9; om. 6)*				
Marcus	sed. ann.	II	—	d. XX
marus *4*		*om. 5*	i 2	x *9*
murcus *7*			uiii *5*	*om. 7. 8*
36 *(1—9)*				
Iulius	sed. ann.	XV	mens. II	d. VII
sulius *9*		u *8*	iiii *5*	uiii *2*
periit 6		xuii *5*		x *9*
				xuii *6* *om. 7. 8*
37 *(1—9; inter Iulium et Liberium ins. . . . . [nomen deficit charta lacera]* sed. ann. VII mens. VIII dies VII *6)*				
Liberius	sed. ann.	VI	mens. IIII	d. VIII
			iii *7. 8*	iiii *7. 8. 9*
			ui *9*	uiiii *4*
38 *(1—4. 6—9; om. 5)*				
Felix [II]	sed.	—	—	—
felex *4*		a. I *6*	m. ii *7*	d. i *2*
		a. uiii *7*		d. ui *7*
39 *(1—9)*				
Damasus	sed. ann.	XVIII	mens. III	d. XI
damassus *1. 3 (m. pr.) 4*		uiii *7*	*om. 5*	uiii *6*
				x *1. 7* xii *9*
40 *(1—9; post Damasum inserit* Musonius ann. *[sine spatio] 5)*				
Siricius	sed. ann.	XV	—	—
siricus *1. 7*			i *4*	xi *7*
syricius *3. 6. 8. 9*				xxi *3*
41 *(1—9)*				
Anastasius [I]	sed. ann.	III	—	d. X
anastasius *2*			i *5*	xxi *2. 4*
				xxiiii *6* *om. 3. 7*
42 *(1—9)*				
Innocentius [I]	sed. ann.	XV	mens. II	d. XXI
innocencius *1*		xuii *4*	i *8. 9*	xxii *1. 3*
			iii *1. 5*	

ad 34: siluester] positio eius kal. ianuarias *adnotat 2.*

ad 38: felix] *puncta sequuntur adiecta a manu prima 2.*

43 *(1—9)*			
Zosimus	sed. ann. VII	mens. VIIII	d. XVIIII
iosemus *2*	i *7. 8. 9*	iii *7. 8. 9*	uiiii 2
zosemus *8*	iiii *6*	iiii *1. 6*	xi *7. 9*
		uiii *4*	xu *6. 8*
		xuiiii 2 *[manus sec.]*	xxiiii *1*
44 *(1—9)*			
Bonifatius [I]	sed. ann. III	mens. VIII	d. VI
bonefatius *2. 6*			uiii *3*
bonefacius *4. 8*			xiii *6*
bonifacius *5*			xuiiii *4*
45 *(1—9)*			
Caelestinus [I]	sed. ann. VIIII	mens. X	d. XVII
celestinus *2. 3. 7*	iii *8*	xi *4*	xui *6. 9*
	uiii *7. 9*		xuiiii *3. 4*
46 *(1—9)*			
Xystus [III]	sed. ann. VIII	—	d. XVIIII
sistus *2* xistus *5*	iii *5*	iii *8*	xui *6*
syxtus *3. 6* it. sixtus *7*	ui *8*		xuii *9*
sixtus *4*			xx *4*
47 *(1—9)*			
Leo [I]	sed. ann. XXI	mens. I	d. XIII
	uiii *6*	*om. 6. 7*	xiiii *8*
	xii *8*		xuiii *6*
	xx *aut* xxi *2*		
48 *(1. 2 [v. add. m. sec.]. 3—9)*			
Hilarus	sed. ann. VI	mens. III	d. X
hilarius *1. 5* hylarus *3*	uii *6*	ii *3. 5. 9*	xi *8*
helarus *2. 4* helarius *6. 8*			xii *9*
49 *(1—9)*			
Simplicius	sed. ann. XV	—	d. VII
symplicius *6*	xui *8*	i *7. 8. 9*	iii *7*
simplitius *7*			ui *9*
50 *(1—9. 12)*			
Felix [III]	sed. ann. VIII	mens. XI	d. XVII
it. felix *2* *1 fin. sp.*	uiiii *5*	u *2*	xuiii *7. 9*
felex *4*	xuii *12*	x *6. 9*	xxuii *8*
filius *8*		*om. 5*	
51 *(1 nom., 2—9. 12 sp.)*			
Gelasius [I]	sed. ann. IIII	mens. VIII	d. XVIII
athelacius *2*	ii *4*	*om. 7*	xiii *8*
gelatius *6. 7*			xuiiii *4*
52 *(1 nom., 2—9. 12 sp.)*			
Anastasius [II]	sed. ann. I	mens. XI	d. XXIIII
anasthasius *2*		x *7*	xiii *7*
anestatius *6*			xxiii *9*
53 *(1 nom., 2—9. 10. 12 sp.)*			
Symmachus	sed. ann. XV	mens. VII	d. XVII
simmachus *1. 4. 5. 12*		ui *5*	xxu *8*
symmacus *2*		uiii *8*	xxui *6*
simachus *7*			xxuii *7. 10*
			xxuiii *3. 4*

54 *(1 nom., 2—9. 10. 12 sp.)*

Hormisda	sed. ann.	VIIII	—	d.	XVIII
ormisda *1. 4*		uiii *4. 8*			uii *12*
ormisdas *5*		xuiii *12*			xiii *6*
horomista *8*					xui *9*
ormesda *7*					xuii *2. 8. 10*
hormista *12*					*om. 4*

55 *(1. 4 nom.; 2 [m. sec. annos solos]. 5. 6. 8—10. 12 sp.; om. 7)*

Iohannes [I]	sed. ann.	II	mens. VIIII	d.	XVI
iohannis *1. 2. 4. 6. 8. 10*			uiii *6. 8. 12*		u *6*

56 *(1. 4 nom.; 2 [m. sec. annos solos]. 5. 6. 8—12 sp.; om. 7)*

Felix [IIII]	sed. ann.	IIII	mens.	II	d. XII
felex *4*		ii *5. 8*		*om. 8*	xiii *8*
		iii 2 *[m. sec.]. 12*			xiiii *12*

57 *(1 nom.; 2 [m. sec. a. solos]. 5. 6. 8—10. 11 [sic ordinans: 57. 58. 56. 57. 58—65 itaque bis ponens ep. 57. 58]. 12; om. 7)*

Bonifatius [II]	sed. ann.	II	—	d.	XXVI
bonefatius *2. 6. 11 (loco pr.)*			i *6*		xui *6*
bonifacius *5. 8. 12*					xxu *11 (F^2 loco priore)*
benefatius *11 (loco post.)*					

58 *(1 nom.; 2 [m. sec. a. solos]. 5—12 sp.)*

Iohannes [II]	sed. ann.	II	mens. IIII	d.	VI
iohannis *8. 10*			i *7*		u *11 (F^2 loco postcriore)*
it. iohannis *2*			iii *11 (F^2 loco priore, F^1 loco utroque)*		xxu *11 (F^2 loco priore)*
ioannes *5*					xxui *11 (F^1 loco priore)*
ioahnis *7*					
mercurius *1*					

59 *(1 nom.; 2 [m. sec. a. solos]. 6 [nom. m. pr., sp. m. sec.]. 7—12 sp.)*

Agapitus	sed.	—	mens. XI	d.	XVIII
agapetus *1*		i 2 *[m. sec.]. 5*	i *11 (F^2)*		uiii *10*
agapius *5*		iiii *9*	*om. 5. 7. 12*		xuii *11 (F^2)*
		u *7*			
		xi *12*			

60 *(1 nom.; 2 [m. sec. a. solos]. 5 [post Agapitum ins.* Vigilius mens. XII *(sic), habens item Vigilium loco suo]. 6 [m. sec.]. 7—12 sp.)*

Silverius	sed. ann.	I	mens. V	d.	XI
seluerius *6*		ii *9*	iii *7*		xii *7*
siluius *8*		*om. 5. 10*	uiiii *10*		xxui *9*
silagerius *7*			x *5*		*om. 10*
seuerus *12*					

61 *(1 nom.; 2 [m. sec. a. solos]. 5. 6 [m. sec.]. 7—12 sp.)*

Vigilius	sed. ann.	XVII	mens. VI	d.	XXVI
		ii *7*	ii *10*		uiiii *10*
		xiiii 2 *[m. sec.]*	iii *5*		*om. 9*
		xuiii *10*	uii *9*		
		xuiiii *5*	*om. 7*		
		xui *11 (F^2)*			

62 *(1 nom.; 5. 6 [m. sec.]. 7—9. 11. 12 sp.)*

Pelagius [I]	sed. ann.	IIII	mens. X	d.	XVIII
peladius *6. 7*		*om. 9*	u *12*		uiiii *12*
gelasius *5*			*om. 5*		xuii *8*
					xuiiii *9*

63 *(1. 5 nom.; 6 [m. sec.]. 7—9. 11. 12 sp.)*			
Iohannes [III]	sed. ann. XII	mens. XI	d. XXVI
iohannis *1. 8*	xi *8*	x *11 (F^1)*	xuiii *8*
ioahnis *7*		*om. 8*	xxiii *7*
catellus qui et iohannis *5*			xxuii *12*
64 *(1. 5 nom.; 6—9. 11. 12 sp.)*			
Benedictus [I]	sed. ann. IIII	mens. I	d. XXVIII
		om. 8. 11 (F^2)	xxuii *6. 9*
			om. 11 (F^2)
65 *(1. 5 nom.; 6 [m. sec.]. 7—9. 11. 12 sp.)*			
Pelagius [II]	sed. ann. X	mens. II	d. X
peladius *6. 8.*			xi *6*
it. peladius *7*			
66 *(1. 5. 6 [nom.]; 7—9. 12 sp.)*			
Gregorius [I]	sed. ann. XIII	mens. VI	d. X
	lxu *7*	ii *9*	*om. 7*
		om. 7	
67 *(1 nom.; 8. 9. 12 sp.)*			
Sabinianus	sed. ann. I	mens. V	d. VIIII
sauinianus *1. 8. 9. 12*			uiii *12*
68 *(1 nom.; 8. 9. 12 sp.)*			
Bonifatius [III]	sed. —	mens. VIII	d. XXII
bonefacius *8*	uiii *8*	uiiii *12*	
bonifacius *12*		*om. 8*	
69 *(1 nom.; 8. 9. 12 sp.)*			
Bonefatius [IIII]	sed. ann. VI	mens. VIII	d. XIII
bonipatius *1*	*om. 9*		*om. 9*
bonefacius *8*			
it. bonifatius *9*			
bonifacius *12*			
70 *(1 nom.; 8. 9. 12 sp.)*			
Deusdedit	sed. ann. III	—	d. XX
71 *(1 nom.; 8. 9 sp.)*			
Bonefatius [V]	sed. ann. V	mens. X	—
bonefacius *8*			
bonifatius *9*			
72 *(1 nom.; 8. 9 sp.)*			
Honorius [I]	sed. ann. XII	mens. XI	d. XVII
73 *(1 nom.; 8. 9 sp.)*			
Severinus	sed. —	mens. II	d. IIII
74 *(8. 9)*			
Iohannes [IIII]	sed. ann. I	mens. VIIII	d. XVIII
iohannis *8*		uiii *9*	ui *9*
75 *(8 [nom. m. pr., sp. sec.]. 9 sp.)*			
Theodorus	sed. ann. VI	mens. V	d. XVIII
theuderus *8*		i *8*	

ad 65: usque praesens tempore mauritii imperat. augusti *adscribit 5.*

ad 66: fiunt usque hic lxiii *adnotat 9 (vide supra p.* XXXI*).*

76 *(8 [m. sec.]. 9.)* Martinus [I]	sed. ann.	VI iii *9*	mens.	I	d.	XXVI
77 *(8 [m. sec.]. 9)* Eugenius [I]	sed. ann.	II	mens.	VIIII	d.	XXIIII xuiiii *9*
78 *(8 [m. sec.]. 9.)* Vitalianus	sed. ann.	XIIII xiii *8*	mens.	VI		—
79 *(8 [m. sec.]. 9)* Adeodatus	sed. ann.	IIII	mens.	II	d.	V
80 *(8 [m. sec.]. 9)* Donus	sed. ann.	I	mens.	V	d.	X
81 *(8 [m. sec.]. 9).* Agatho	sed. ann.	II	mens.	VI	d.	IIII xiiii *9*
82 *(8 [m. sec.]. 9)* Leo [II]	sed.	—	mens.	X	d.	XVII xuiii *9*
83 *(8 [m. sec.]. 9)* Benedictus [II]	sed.	—	mens.	X	d.	XII xiii *9*
84 *(8 [m. sec.]. 9)* Iohannes [V] iohannis *8*	sed. ann.	I *om. 9*		—	d.	VIIII x *9*
85 *(8 [m. sec.]. 9)* Conon	sed.	—	mens.	XI		—
86 *(9 nom.; 8 [m. sec.] sp.)* Sergius [I]	sed. ann.	XIII	mens.	VIII	d.	XXIII
87 *(9 nom.; 8 [m. sec.] sp.)* Iohannes [VI] iohannis *8*	sed. ann.	III	mens.	II	d.	XII
88 *(8 [m. sec.])* Iohannes [VII] iohannis *8*	sed. ann.	II	mens.	VII	d.	XVII
89 *(8 [m. sec.])* Sisinnius	sed.	—		—	d.	XX
90 *(8 [m. sec.])* Constantinus	sed. ann.	VII		—	d.	XV

Laterculi hi duo Liberianus et Index non solum ex eadem radice creverunt, sed etiam numeri mensium dierumque, quos in parte prima a catalogi statu primitivo afuisse non ambigitur, ita (ut egregio acumine perspexit Lightfootius[1]) et conspirant et differunt, ut necesse sit aut ex Liberiano in Indicem eos translatos esse aut ex Indice in Liberianum. Id ut intellegatur, subieci eius partis numeros utrosque, quos comparanti tenendum est et Liberianum indicem unico exemplari servatum duobus locis male hiare et in Indicis exemplaribus hodie notis quibusdam locis numeros ita differre, ut archetypi communis lectio dubia sit.

	Index:		Cat. Liberianus:		
	m.	d.	m.	d.	
Petrus	II	III	I	VIIII	Petrus
Linus	III	XII	IIII	XII	Linus
Cletus	I	II (XII)	II	X	Cletus
Clemens	II (I)	X	XI	XII	Clemens
			X	III	Anacletus
Euaristus	X	II	VII	II	Euaristus
Alexander	VII	II	II	I	Alexander
Xystus	II	I	III	XXI	Xystus
Telesphorus	III (I)	XXI	III	III	Telesphorus
Hyginus	III	IIII (I)	III	VI	Hyginus
Pius	IIII *(om.)*	III (XI)	IIII	XXI	Pius
Anicetus	IIII	III	. . .	. . .	Anicetus
Soter	II (VI)	XXI	. . .	. . .	Soter
Eleuther	III	II	III	II	Eleuther
Victor	III	X	II	X	Victor

Menses diesque cum tam per quattuor primos episcopos quam fortasse inde a Sotere, certo ab Eleuthero ita concordent, ut contraria ad librariorum errores recte referantur, per episcopatus interpositos ita differunt, ut numeros in Indice ad Euaristum adscriptos Liberianus referat ad Anacletum et sic deinceps certe ad Hyginum, fortasse ad Soterem. Eius erroris origo omnino inde repetenda est[2]), quod Anacletus Cleti gemellus et antiquiori ordini in catalogo Liberiano male insertus ibi ad se traxit Euaristi menses diesque et sic deinceps. Quo modo Liberianus errorem eatenus sanaverit, ut fortasse a Sotere, certo a Victore numeri rursus conveniant, definiri nequit propter statum quo eum accepimus mancum et corruptum. Hoc apparet Indicem hoc loco ad formam primitivam propius accedere quam Liberianum, id quod aliis argumentis infra confirmabitur. Omnino a communi archetypo tempore procedente duo laterculi ii quos habemus ita abierunt, ut in Pontificali compilando pro diversis adhiberentur. Quomodo autem adhibiti sint, iam videamus.

Catalogi Liberiani exemplar scriptori libri Pontificalis praesto fuisse nostro vere unico plenius et emendatius inde colligitur, quod hoc ubi hiat, scilicet in Aniceto Sotere Eleuthero Zephyrino, quae deficiunt, consulatus praesertim ex libro Pontificali aliquatenus sarciri potuerunt.

Indicis exemplaria cum supra viderimus discedere in familias duas locis non paucis differentes, utriusque familiae numeri comparandi sunt cum numeris quos tradunt item diverse codices libri pontificalis.

[1]) L. c. p. 267. [2]) Lightfootius causam erroris inde repetit, quod hiatum, quo ante Victorem Liberiani exemplar quod habemus laborat, adfuisse censet iam in eo quod adhibuit qui Indicem confecit; menses igitur diesque non ex Indice in Liberianum translatos esse, quae nostra opinio est, sed e contrario ex Liberiano in Indicem. At Indicem qui conscripsit non post saeculum quintum, eum parum credibile est adhibuisse Liberiani catalogi exemplar mutilum.

Sequitur conspectus spatiorum adscriptorum episcopis Romanis a Petro ad Constantinum tam in duobus laterculis, quibus libri Pontificalis auctor usus est, quam in ipsius libri Pontificalis recensione utraque. Tabulam per spatia XXXVI prima disposui tripertito, ut primus ordo habeat numeros catalogi Liberiani adiecta, quae fere nulla est, varia lectione [1]); secundus numeros Indicis secundum duodecim, de quibus supra p. XXVIII seq. diximus, exemplaria, quorum tamen quintum non habet nisi annos et menses diebus praetermissis; tertius numeros libri Pontificalis adiecta varia lectione epitomarum duarum *FK* et librorum $A^1.C^3.B^1$ (ad I—LII). $B^{2.3.4}T$ (ad LV). *G* (ad XL—XC). E^5 (ad LXI—XC). $E^{1.6}$, ut referuntur in editione, adsumpta ad iudicium de horum codicum indole confirmandum varia lectione librorum $C^{1.2}$. Secundi ordinis textum disposui ad exempla cum libro pontificali maxime consentientia et simillima ei, quod eius auctor adhibuit, posthabitis passim antiquioribus et probabilioribus. Tertii ordinis textum dedi ad editionis secundae codices plerosque raro ab Indice recedentes. In varia lectione, subiecta quae videntur profecta esse ex editionis prioris reliquiis (scilicet alia in epitoma *K* servata, alia in libris $C^3E^{1.6}$ ex utraque editione contaminatis) convenientia cum numeris Liberianis vel prope ad eos accedentia, distincta sunt uncis quadratis.

A Liberio inde (XXXVII—XC) cum liber Pontificalis ex solo Indice pendeat et ab eo raro discedat, uno ordine numeros composui. In textu paucis locis iis, in quibus Pontificalis ab Indice recedit, huius numeros adieci intra ( ) praemissa littera *P*. In apparatu variam lectionem ad Indicem pertinentem ab ea quae in Pontificali reperitur lineola separavi.

Denique in tabulam hanc recepi episcoporum Romanorum chronologiam, qualem momentis omnibus singillatim expensis inde a Pontiano (nam spatia priora constat ficticia esse) Duchesnius (vol. 1 p. CCLX—CCLXII) egregia disquisitione composuit. Propter dubia et incerta multa sane et gravia eos qui hac tabula utentur ad ipsum remittimus ducem etiam in tenebris fidum et prudentem.

---

[1]) Repetita sunt quae in chronicis minoribus protuli vol. 1 p. 73—76 et in additamentis vol. 3 p. 718.

	Cat. Liberianus				Index			Pontificalis		
I	PETRVS	XXV	I	VIIII	*1—8*	XXV xx *2* xxxu *4*	II	III ii *8*	XXV	II i $C^3E^{1\cdot6}$	III uiii $C^3E^{1\cdot6}C^{2c}$
II	LINVS	XII	IIII	XII	*1—9*	XI xii *9* xiii *5*	III ii *4* u *9* ui *5*	XII ii *4* xuii *8* *om. 7*	XI xii *K* xu $C^3E^{1\cdot6}$	III	XII xi B^1 xiii B^2
III	CLETVS *(post Clementem Liber.)*	VI	II	X	*1—9*	XII ui *4* uiii *9* xi *1* xxii *6*	I ii *9*	II *sic 2. 3. 4* u *9* uiii *6* uiiii *7* xii *1* xuiiii *8*	XII uii *K*	I	XI xx *K* uiii F^3
IV	CLEMENS *(ante Cletum Liberianus)*	VIIII	XI	XII	*1—9*	VIIII ui *9*	II *sic 6. 7. 8* i *1. 3. 4. 5. 9* x *2*	X i *2* xiiii *9*	VIIII uiii F^3 xi *K*	II *om. K*	X xi B^4
V	ANACLETVS	XII	X	III	*omissus*				VIIII xii $FKC^{2\cdot3}E^{1c\cdot6}$	II x FKC^3E^6	X iii *F* uii $KC^3E^{1c\cdot6}C^2$
VI	EVARISTVS	XIII	VII	II	*1—9*	VIIII uiii *2. 4* xiiii *9*	X iii *9*	II xii *9*	VIIII uiii F^3 xiii $K^1C^3E^{1\cdot6}C^{2p}$ xuii K^2	X ui $E^{1\cdot6}$ uii KC^3C^{2p}	II
VII	ALEXANDER	VIII uii *Vind.*	II	I	*1—9*	X *sic 6. 7. 8* uii *9* xii *1. 2. 3. 4. 5*	VII ui *9* uiii *4*	II ui *9*	X uiii $E^{1\cdot6}$ xii *K*	VII u $E^{1p\cdot6}$ ui F^3	II
VIII	XYSTVS I	X	III	XXI	*1—9*	X xxu *9*	II iii *5. 8*	I ii *8*	X	II iii $C^3E^{1\cdot6}C^{2p}$	I xxi $C^3E^{1\cdot6}C^{2p}$

	Cat. Liberianus				Index			Pontificalis		
IX	TELESPHOR	XI	III	III	*1—9*	XI xii *1*	III *sic 6. 7. 8. 9* i *1. 2. 3. 4. 5*	XXI xui *7* xxui *9*	XI	III ii *K*	XXI xxii $C^3E^{1\cdot6}$
X	HYGINVS	XII	III	VI	*1—9*	IIII iii *4* ui *9* xu *1*	III ii *3. 4* *om. 1*	IIII *sic 6. 9* i *2. 3. 4* iii *7* xi *1* *om. 8*	IIII x $KE^{1p\cdot6}$ iii B^3C^{2c}	III ui F^1	IIII iii *F* uii *K* uiii $C^3E^{1p\cdot6}C^{2p}$ [?]
XI	PIVS *(post Anicetum Liber. et in Pontif. FK et cl. III)*	XX xxi *Brux.*	IIII	XXI	*2—9*	XVIIII xuiii *2. 4. 9*	IIII *sic 6. 7. 8. 9* *om. 2. 3. 4. 5*	IIII *sic 7. 8. 9* i *2* xi *3. 4. 6*	XVIIII xi $C^3E^{1\cdot6}$ xu *K* xuiii F^2 xx C^2p	IIII	III xxi $KC^3E^{1p\cdot6}C^2p$
XII	ANICETVS *(ante Pium libri dicti)*	....	....	....	*1—7. 9*	XI	IIII	III ii *2*	XI uiiii $KC^3E^{1\cdot6}$ uiii C^2p	IIII iii $KC^3E^{1\cdot6}C^2p$	III *om. K*
XIII	SOTER	VIIII	....		*1—9*	VIIII uiii *4. 5. 6* xiiii *9*	VI *sic 6. 7. 8* ii *2. 3. 4. 5* iii *1* u *9*	XXI ii *9*	VIIII uiii $F^{1\cdot2}K$	VI ii *K* iii $C^3E^{1\cdot6}$ uii F^3	XXI xxii B^2 *om.* $C^3E^{1\cdot6}C^2p$
XIIII	ELEVTHER	....	III	II	*1—9*	XV u *9*	III ii *1* x *9*	II i *1* xxii *9*	XV	III ui $C^3E^{1\cdot6}$	II u $C^3E^{1\cdot6}C^2p$
XV	VICTOR	VIIII	II	X	*1—9*	X *sic 6. 7. 8* xu *1. 2. 3. 4. 5. 9*	II *sic 6. 7. 8* iii *1. 2. 3. 4. 9* iiii *5*	X	X xu *K*	II iii *K* *om.* B^4	X *om.* B^4
XVI	ZEPHYRINVS	....	....	....	*1—7. 9*	VIII *sic 6. 7* xuii *4* xuiii *1. 2. 3. 5. 9*	VII *sic 2. 6. 7* ui *1. 3. 4. 5. 9*	X iii *1* u *9* xu *6*	VIII uii F^2 uiiii C^2c xiiii C^2p xuii $C^3E^{1\cdot6}$ xuiii *K*	VII ii $C^3E^{1\cdot6}C^2p$ iii *K* ui F^2	X

	Cat. Liberianus				Index				Pontificalis		
XVII	CALLISTVS	V	II	X	*1—9*	V ui *7*	II *sic 7. 8. 9* iii *6* x *2. 3. 4. 5* xi *1*	X	VI *sic* $F^{1\cdot3}B^{1\cdot2\cdot3\cdot4}E^{1}C^{2}$ u $F^{2}KC^{3}E^{6}$ uii A^{1}	II xi *K*	X xi *F*
XVIII	VRBANVS	VIII	XI	XII	*1—9*	IIII *sic 7. 8* uiii *4* uiiii *1. 2. 3. 5. 6. 9*	X *sic 6. 7. 8* i *1. 2. 3. 4. 5. 9*	XII *sic 6. 7. 8* i *1* ii *2. 3. 4. 9*	IIII uiii $C^{3}E^{1\cdot6}C^{2p}$ uiiii *K*	X i *K* xi $C^{3}E^{1\cdot6}C^{2p}$	XII ii *K*
XVIIII	PONTIANVS 230 Iul. 21 — 235 Sept. 28	V	II	VII	*1—9*	VIIII *sic 6. 7. 8. 9* u *1* uii *2. 3. 4. 5*	V *sic 1. 6. 7. 9* x *2. 3. 4. 5. 8*	II *sic 7. 8. 9* xii *6* xxii *1. 2. 3. 4*	VIIII u $KC^{3}E^{1\cdot6}$ uiii F^{2}	V ii $KC^{3}E^{1\cdot6}$	II xxii *K* *om.* $C^{3}E^{1p\cdot6}$
XX	ANTEROS 235 Nov. 21 — 236 Ian. 3	—	I	X	*1—9*	XII *sic 1. 7. 8* i *4* x *6* xi *9* *om. 2. 3. 5*	I ii *5*	XII *sic 6. 7. 8* x *9* xi *2* xuii *4* xuiiii *1. 3*	XII xi $F^{1\cdot2}$ *om.* $C^{3}E^{1p}$	I	XII xuiiii *K*
XXI	FABIANVS 236 Ian. 10 — 250 Ian. 20	XIIII	I	X	*1—9*	XIIII	II i *8. 9* iiii *5* *om. 7*	XI *sic 7. 8* x *1. 2. 3. 4. 6. 9*	XIIII xiii $KC^{3}E^{6}$	XI i $FKC^{3}E^{1p\cdot6}$ xii C^{2c}	XI x $KC^{3}E^{6}$
XXII	CORNELIVS 251 Mart. — 253 Iun.	II	III	X	*1—9*	II iii *8*	II *sic 7. 9* iii *1. 2. 3. 4. 5. 6. 8*	III *sic 7. 8. 9* x *1. 3. 4. 6*	II i *F* iii $C^{3}E^{1\cdot6}C^{2p}$	II iii *K* *om.* $C^{3}E^{1\cdot6}$	III x $KC^{3}E^{1\cdot6}C^{2p}$
XXIII	LVCIVS 253 Iun. 25 — 254 Mart. 5	III	VIII	X	*1—7. 9*	III iiii *2. 3. 4* uiiii *6*	III *sic 6. 9* i *7* uii *1. 4. 5* uiii *2. 3*	III *sic 7. 9* u *1* x *3. 4. 6*	III	III uiii $KE^{1p\cdot6}$	III x $KE^{1p\cdot6}$

	Cat. Liberianus		Index			Pontificalis		
XXIIII	STEPHANVS I IIII II XXI 254 Mai. 12—257 Aug. 2	*1—9*	VI xi *5* *om. 9*	V i *2* *om. 9*	II *sic 7. 8* u *1. 3. 4. 6* *om. 9*	VI iiii $C^3E^{1c\cdot6}C^{2p}$ u F^2 uii $A^1B^{2\cdot3\cdot4}C^{1\cdot2c}$	V ii $KC^3E^{1c\cdot6}C^{2p}$	II u *K* x E^{1c} xu $C^3E^6C^{2p}$
XXV	XYSTVS II II XI VI 257 Aug. 30—258 Aug. 6	*1—9*	I uii *5*	X i *2* *om. 5*	XXIII *sic 7. 8* xuii *4* xxu *1* xxui *3. 6. 9*	I ii $C^3E^{1\cdot6}C^{2p}$	X xi $C^3E^{1\cdot6}C^{2p}$	XXIII ui $C^3E^6C^{2p}$ xxii *K* xxiiii *F*
XXVI	DIONYSIVS VIII II IIII 259 Iul. 22—268 Dec. 26	*1—9*	VI *sic 7. 8. 9* uii *1* uiii *2. 3. 4. 6* uiiii *5*	II *sic 7. 8* u *1. 2. 3. 4. 6. 9* uiiii *5*	IIII i *9* iii *2*	VI ii $C^3E^{1\cdot6}C^{2p}$ u F^2 uiii *K*	II iii $C^3E^1C^{2p}$ iiii E^6 u *K*	IIII uii $C^3E^{1\cdot6}C^{2p}$
XXVII	FELIX I V XI XXV 269 Ian. 5—274 Dec. 30	*1—9*	IIII iii *9* uii *6*	III *sic 8* i *1. 2. 3. 4. 6. 9* ii *5* u *7*	XXV xxui *8*	IIII ii $C^3E^{1\cdot6}$	III i *K* x $C^3E^{1\cdot6}$	XXV u $C^{1\cdot2p}$ *om.* $C^5E^{1p\cdot6}$
XXVIII	EVTYCHIANVS VIII XI III uii *Plat.* 275 Ian. 4—283 Dec. 7	*1—9*	I iiii *6* u *8* *om. 5*	I ii *7* *om. 5*	I ii *3. 4* xi *6* *om. 9*	I uiii $C^3E^{1\cdot6}C^{2p}$	I x $C^3E^{1\cdot6}C^{2p}$	I ii *K* iiii $C^3E^{1\cdot6}C^{2p}$
XXVIIII	GAIVS XII IIII VII 283 Dec. 17—296 Apr. 22.	*1—9*	XI	IIII ui *7*	XII uii *7* xi *2* xu *4*	XI i E^{1c} [?]	IIII	XII uiiii $KC^3E^{1\cdot6}C^{2p}$
XXX	MARCELLINVS VIII III XXV 296 Iun. 30—304 Oct. 25	*1—9*	VIIII *sic 5. 7. 8. 9* i *1. 2. 3. 4. 6*	IIII iii *7* ui *6* *om. 5*	XVI xii *3. 4*	VIIII ui E^{1c} uiii $F^2KC^3E^{1p\cdot6}C^{2p}$	IIII ii $KC^3E^{1\cdot6}C^{2p}$ *om.* $B^{3p}C^1$	XVI xu F^2 xxii $E^{1\cdot6}$ xxu C^3 xxui C^{2p}

	Cat. Liberianus	Index			Pontificalis		
XXXI	MARCELLVS I VII XX ui *Vind.* 308 Mai. 27 (Iun. 26?) — 309 Ian. 16	*omissus*			V iiii *F*	VII ui B^1C^1 *om. F*	XXI *om. F*
XXXII	EVSEBIVS — IIII XVI 309 (310?) Apr. 18 — 309 (310?) Aug. 17	*1—9*	VI *sic 8. 9* i *6* u *7* *om. 1. 2. 3. 4. 5*	I *sic 8. 9* ui *1. 3. 4. 6* *om. 2. 5. 7*	III	VI ii $C^3E^{1\cdot6}C^{2p}$ uii $F^{1\cdot3}$	I	III xxu $C^3E^{1\cdot6}C^{2p}$
XXXIII	MILTIADES III VI VIII 311 Iul. 2 — 314 Ian. 11	*1—9*	IIII	— uii *5*	—	IIII iii $FC^3E^1C^{2p}$	VII *sic* $A^1C^{3c}E^{1\cdot6}C^{2p}$ iiii F^1 ui $F^{2\cdot3}$ *om.* $KB^{1\cdot2\cdot3\cdot4}$	VIII *sic* $F^{1\cdot3}A^1C^3E^{1p\cdot6}$ uii F^2C^2 xxi E^{1c} *om.* $KB^{1\cdot2\cdot3\cdot4}$
XXXIIII	SILVESTER XXI XI — 314 Ian. 31 — 335 Dec. 31	*1—9*	XXIII xxii *1* xxxiii *5*	X *om. 5*	XI x *2*	XXIII xxii K^2 xxu K^1	X *om.* C^3	XI xii $E^{1\cdot6}$ *om.* C^3
XXXV	MARCVS — VIII XX 336 Ian. 18 — 336 Oct. 7	*1—5.* *7—9*	II *om. 5*	— i *2* uiii *5*	XX x *9* *om. 7. 8*	II	VIII *om. F*	XX *om. F*
XXXVI	IVLIVS XV I XI 337 Febr. 6 — 352 Apr. 12	*1—9*	XV u *8* xuii *5*	II iiii *5*	VII uiii *2* x *9* xuii *6* *om. 7. 8*	XV xi $C^3E^{1\cdot6}C^{2p}$	II i *F*	VII *sic* $KB^{2\cdot3}E^1$ ui $A^1B^{1\cdot4}C^3$ uiii E^6 *om. F*

Index

XXXVII LIBERIVS 352 Mai. 17 — 366 Sept. 24	*1—9*	VI	III *sic 7. 8* iiii *1. 2. 3. 4. 5. 6* ui *9*	IIII *sic 7. 8. 9* uiii *1. 2. 3. 6* uiiii *4*
		u F^2 x $C^3E^{1\cdot6}C^{2}$p	iiii K^2 uii $C^3E^{1\cdot6}C^{2}$p	iii $F^{1\cdot2}C^3E^{1\cdot6}C^{2}$p uiii K
XXXVIII FELIX II	*1—4. 6—9*	— (*P* I) i *6* uiii *7*	— (*P* III) ii *7*	— (*P* II) i *2* ui *7*
		iii F	ii E^1 iiii E^6 *om.* F	*om.* FE^1
XXXVIIII DAMASVS 366 Oct. 1 — 384 Dec. 11	*1—9*	XVIII uiii *7*	III *om. 5*	XI uiii *6* x *1. 7* xii *9*
		xuii F^2	ii $C^3E^{1\cdot6}C^{2}$p	x $C^3E^{1\cdot6}$
XL SIRICIVS 384 Dec. — 399 Nov. 26	*1—9*	XV	— i *4*	— xi *7* xxi *3*
			xi $C^3GE^1C^2$ xu *(sic)* E^6	xxu $FC^3GE^{1\cdot6}C^2$
XLI ANASTASIVS I 399 Nov. 27 — 401 Dec. 19	*1—9*	III	— i *5*	X xxi *2. 4* xxiiii *6* *om. 3. 7*
		ii $C^3E^{1\cdot6}$ iiii K^1	x B^3C^{2}p	xxiiii $K^2E^{1\cdot6}$ xxui C^3 xxuii K^1 *om.* C^{2}c
XLII INNOCENTIVS I 401 Dec. 22 — 417 Mart. 12	*1—9*	XV xuii *4*	II i *8. 9* iii *1. 5*	XXI xxii *1. 3*
		xui F^1 *om.* B^1	i F	xx $C^3GE^{1\cdot6}$ xxii K
XLIII ZOSIMVS 417 Mart. 18 — 418 Dec. 26	*1—9*	I *sic 7. 8. 9* iiii *6* uii *1. 2. 3. 4. 5*	III *sic 7. 8. 9* iiii *1. 6* uiii *4* uiiii *2. 3. 5*	XI *sic 7. 9* uiiii *2* xu *6. 8* xuiiii *3. 4* xxiiii *1*
		uii K	ii F uiii $C^3GE^{1\cdot6}C^{2}$p uiiii K	xii A^1 xxiiii K xxu $C^3GE^{1\cdot6}C^{2}$p
XLIIII BONIFATIVS I 418 Dec. 29 — 422 Sept. 4	*1—9*	III	VIII	VI (VII *P*) uiii *3* xiii *6* xuiiii *4*
		iiii K^1	u C^{2}p uiiii F^1	u F^2 ui F^1K xiii $C^3GE^{1\cdot6}C^{2}$p

Index

XLV CAELESTINVS 422 Sept. 10 — 432 Iul. 27	*1—9*	VIII *sic 7. 9* iii *8* uiiii *1. 2. 3. 4. 5. 6*	X xi *4*	XVII xui *6. 9* xuiiii *3. 4*
		uii F^{2} uiiii KE^{1p}	i $GE^{1\cdot6}$ *om.* C^{3}	uiiii $C^{3}GE^{1\cdot6}$ xui F^{2} xuiii K^{1}
XLVI XYSTVS III 432 Iul. 31 — 440 Aug. 19	*1—9*	VIII iii *5* ui *8*	— iii *8*	XVIIII xui *6* xuii *7* xx *4*
		uii F^{2}		xuiii F^{2}
XLVII LEO I 440 Sept. 29 — 461 Nov. 10	*1—9*	XXI uiii *6* xii *8* xx *2*	I *om. 6. 7*	XIII xiiii *8* xuiii *6*
				xxui E^{1} xxuiii $C^{3\cdot2p}GE^{6}$
XLVIII HILARVS 461 Nov. 19 — 468 Febr. 29	*1—9*	VI uii *6*	III ii *3. 5. 9*	X xi *8* xii *9*
		u F^{2} uii C^{1}	ii C^{3}	
XLVIIII SIMPLICIVS 468 Mart. 3 — 483 Mart. 10	*1—9*	XV xui *8*	I *om. 1. 2. 3. 4. 5. 6*	VII iii *7* ui *9*
			om. $C^{3}GE^{1\cdot6}$	ui F^{2} xuii C^{3}
L FELIX III 483 Mart. 13 — 492 Mart. 1	*1—9. 12*	VIII uiiii *5* xuii *12*	XI u *2* x *9* *om. 5*	XVII xuiii *7. 9* xxuii *8*
		iiii K^{1} uii $F^{2}C^{2}$	xii C^{3}	xu F^{1} xuiii $C^{3}GE^{1\cdot6(\cdot2p}$
LI GELASIVS 492 Mart. 1 — 496 Nov. 21	*2—9. 12*	IIII ii *4*	VIII *om. 7*	XVIII xiii *8* xuiiii *4*
			uii F^{2}	uii F^{2} uiii F^{1c} uiiii $C^{3}GE^{1c\cdot6}$ xuii C^{1} xuiiii E^{1p} *om.* KF^{1p}
LII ANASTASIVS II 496 Nov. 24 — 498 Nov. 19	*2—9. 12*	I	XI x *7*	XXIIII xiii *7* xxiii *9*
			x C^{1}	xxxiiii F^{1}

Index

LIII SYMMACHVS 498 Nov. 22—514 Iul. 19	*2—10. 12*	XV	VII ui *5* uiii *8*	XXVII xuii *2. 9. 12* xxu *8* xxui *6* xxuiii *3. 4*
			ui $F^{2}KC^{1}$ uiii E^{1}	xxui E^{1} xxxu F^{2} xxxui F^{1}
LIIII HORMISDA 514 Iul. 20—523 Aug. 6	*2—10. 12*	VIIII uiii *4. 8* xuiii *12*	—	XVII *sic 2. 8. 10* uii *12* xiii *6* xui *9* xuiii *3. 7* *om. 4*
		uiii $F^{2}B^{2\cdot3}C^{2c}$		xui F
LV IOHANNES I 523 Aug. 13—526 Mai. 18	*5. 6. 8—10. 12*	II	VIIII uiii *6. 8. 12*	XVI *sic 8. 9. 10. 12* u *6*
		om. C^{2p}	iiii K^{2} uii K^{1} uiii $FE^{1}C^{2c}$	xu FK xuii $A^{1}TGE^{1}$ xxii E^{6}
LVI FELIX IIII 526 Iul. 12—530 Sept. 22	*5. 6. 8—10. 12*	IIII ii *5. 8* iii *2. 12*	II *om. 8*	XIII *sic 8* xii *6. 9. 10* xiiii *12*
		ii *F*	*om. F*	xiiii *F*
LVII BONIFATIVS II 530 Sept. 22—532 Oct. 17	*5. 6. 8—10. 11. 12*	II	— i *6*	XXVI xui *6*
LVIII IOHANNES II 533 Ian. 2—535 Mai. 8	*5—12*	II	IIII i *7*	VI xxu (xxui, u) *11*
			om. C^{2p}	
LVIIII AGAPITVS 535 Mai. 13—536 Apr. 22	*5—12*	— *sic 8. 10* i *5* iiii *9* u *7* xi *12*	XI *om. 5. 7. 12*	XVIII uiii *10*
			uiii $C^{3}GE^{6}$	x $C^{3}GE^{6}$ xuiiii C^{1}
LX SILVERIVS 536 Iun. 1/8—537 Mart. 11	*5—12*	I ii *9* *om. 5. 10*	V iii *7* uiiii *10* x *5*	XI xii *7* xxui *9* *om. 10*
		om. $C^{3}GE^{6}$	ii K uiii E^{6} uiiii $C^{3}GE^{1}$	*om.* C^{3}
LXI VIGILIVS 537 Mart. 29—555 Iun. 7	*5—12*	XVII ii *7* xuiii *10* xuiiii *5*	VI ii *10* iii *5* uii *9* *om. 7*	XXVI uiiii *10* *om. 9*
			u E^{1} uii A^{1}	xxu E^{5}

Index				
LXII PELAGIVS I 556 Apr. 16 — 561 Mart. 4	*5—9. 11.* *12*	IIII (*P* XI) *om. 9*	X *om. 5*	XVIII xuii *8* xuiiii *9*
		iiii $KC^3GE^{1\cdot6}C^{2p}$ xi $A^1B^{2\cdot3\cdot4}C^{1\cdot2c}$		xxuiii $B^{2\cdot3}C^{1\cdot2c}$
LXIII IOHANNES III 561 Iul. 17 — 574 Iul. 13	*6—9. 11.* *12*	XII xi *8*	XI *om. 8*	XXVI xuiii *8* xxiii *7*
			x E^5	xxuii $K^1GE^{1\cdot6}$
LXIIII BENEDICTVS I 575 Iun. 2 — 579 Iul. 30	*6—9. 11.* *12*	IIII	I *om. 8*	XXVIII xxuii *6. 9*
		iii $GE^{1\cdot6}$		xuiii $GE^{1\cdot6}$ xxuiiii A^1
LXV PELAGIVS II 579 Nov. 26 — 590 Febr. 7	*6—9. 11.* *12*	X	II	X xi *6*
		om. B^3		
LXVI GREGORIVS I 590 Sept. 3 — 604 Mart. 12	*7—9. 12*	XIII lxu *7*	VI ii *9* *om. 7*	X *om. 7*
		xiiii C^3 xu $B^{2\cdot3}$		xiii $B^{2\cdot3}C^{2c}$
LXVII SABINIANVS 604 Sept. 13 — 606 Febr. 22	*8. 9. 12*	I	V ui K	VIIII xuiii K xuiiii GE^6
LXVIII BONIFATIVS III 607 Febr. 19 — 607 Nov. 12	*8. 9. 12*	— uiii *8*	VIII *om. 8*	XXII
			uiiii C^1	xxuiii $GE^{1\cdot6}$
LXVIIII BONIFATIVS IIII 608 Aug. 25 — 615 Mai. 8	*8. 9. 12*	VI *om. 9*	VIII	XIII *om. 9*
			uiiii C^{2c}	
LXX DEVSDEDIT 615 Oct. 19 — 618 Nov. 8	*8. 9. 12*	III	—	XX (*P* XXIII)
				xx $KGE^{5\cdot6}$ xxiiii E^1
LXXI BONIFATIVS V 619 Dec. 23 — 625 Oct. 25	*8. 9*	V	X (*P om.*)	—
			x E^6C^2	x KGE^6 xiii E^1
LXXII HONORIVS 625 Oct. 27 — 638 Oct. 12	*8. 9*	XII	XI	XVII
LXXIII SEVERINVS 640 Mai. 28 — 640 Aug. 2	*8. 9*	—	II	IIII
				ii K
LXXIIII IOHANNES IIII 640 Dec. 24 — 642 Oct. 12	*8. 9*	I	VIIII uiii *9*	XVIII ui *9*
			uiii B^3E^5 *om.* GE^6	xuiiii K *om.* A^1GE^6

Index

LXXV THEODORVS 642 Nov. 24 — 649 Mai. 14	*8. 9*	VI	V i *8*	XVIII
				uiii *KGE*[6] xiii B^3C^{2c}
LXXVI MARTINVS I 649 Iul. — 653 Iun. 17	*8. 9*	VI iii *9*	I	XXVI
LXXVII EVGENIVS I 654 Aug. 10 — 657 Iun. 2	*8. 9*	II	VIIII	XXIIII xuiiii *9*
			uiii $B^3E^1C^{2c}$	xxiii C^3
LXXVIII VITALIANVS 657 Iul. 30 — 672 Ian. 27	*8. 9*	XIIII xiii *8*	VI	—
		xiii C^3		
LXXVIIII ADEODATVS 672 Apr. 11 — 676 Iun. 17	*8. 9*	IIII	II	V
LXXX DONVS 676 Nov. 2 — 678 Apr. 11	*8. 9*	I	V	X
LXXXI AGATHO 678 Iun. 27 — 681 Ian. 10	*8. 9*	II	VI	IIII xiiii *9*
		u C^{2p}		iii E^1 xiiii *KGE*[6]
LXXXII LEO II 682 Aug. 17 — 683 Iul. 3	*8. 9*	—	X	XVII xuiii *9*
LXXXIII BENEDICTVS II 684 Iun. 26 — 685 Mai. 8	*8. 9*	—	X	XII xiii *9*
LXXXIIII IOHANNES V 685 Iul. 23 — 686 Aug. 2	*8. 9*	I *om. 9*	—	VIIII x *9*
				xiiii E^6
LXXXV CONON 686 Oct. 21 — 687 Sept. 21	*8. 9*	—	XI	—
				xxiii E^1
LXXXVI SERGIVS I 687 Dec. 15 — 701 Sept. 8	*8*	XIII	VIII	XXIII
				xxiiii $C^3E^5C^2$
LXXXVII IOHANNES VI 701 Oct. 30 — 705 Ian. 11	*8*	III	II	XII
			om. $E^{1p\cdot6}$	xiii $C^{1\cdot2}$
LXXXVIII IOHANNES VII 705 Mart. 1 — 707 Oct. 18	*8*	II	VII	XVII
			ui $B^{2\cdot3\cdot4}$	xxii E^6
LXXXVIIII SISINNIVS 708 Ian. 15 — 708 Febr. 4	*8*	—	—	XX
XC CONSTANTINVS 708 Mart. 25 — 715 Apr. 9	*8*	VII	—	XV
		ui E^6		xx $GC^{1\cdot2p}$

Iam videamus primum in ordine spatiisque episcopatuum quaenam Pontificalis nostri libri scripti habeant sumpta ex laterculo Liberiano. Habet quaestio haec, quam per singulos codices dispertiri noluimus, utilitatem non exiguam cum in universam ad horum temporum chronologiam tum praesertim ad crisin libri eius quem edimus.

1. In collocandis Cleto et Clemente apud Pontificalem nullum indicium remanet ordinis Liberiani videturque ab exordio auctor eius in ea re Indici obsecutus Cletum ante Clementem collocavisse. Ad diversitatem eam respicit locus p. 7, 10, quem in epitomis non repertum si addidit auctor secundus, eo confirmare voluit ordinem a primo auctore praelatum: *ideo propter Linus et Cletus ante eum* (Clementem) *conscribuntur eo quod ab ipso principe apostolorum ad ministerium sacerdotalem exhibendum sunt episcopi ordinati.* Sed tamen Pontificalem qui scripsit catalogi Liberiani ordinationem tam imperite invertit, ut consulatus retineret non mutatos itaque apud eum post Cletum episcopum adscriptis annis 77—83 veniat Clemens episcopus adscriptis annis 68—79.

2. Anacletum in Indice recte omissum cum Liberiano auctor Pontificalis retinuit, neque id mutaverunt posteriores.

3. E contrario in Pio et Aniceto ordinatio inversa falsa[1]) ex Liberiano transiit in recensionis prioris epitomen utramque *(FK)* itemque in recensionis posterioris codices C^3 et classis tertiae omnes, in his in excerpta antiquissima Mutinensia, pariterque est in catalogo paparum codicibus tribus classis secundae $B^{1.2.3}$ praemisso contra ordinem in ipsis observatum.

4. Post Marcellinum episcopum Marcellum inserit catalogus Liberianus, non agnoscit Index[2]) recte omnino, quamquam viri docti omnes opinor, in his Rossius et Duchesnius, illum secuti sunt. Nam primum facit cum Indice laterculus insertus chronographiae a. 354 depositionum episcoporum Romanorum ordinatus a. 336 (chron. min. 1 p. 70) plenus inde a Lucio († a. 254; Xystus II. transiit in feriale ecclesiae Romanae laterculo subiunctum) non habens Marcellum. Item Hieronymus gravissimus auctor episcopo Romano XXVIII Marcelliano (sic) subiungit ad a. Abr. 2321 XXVIIII Eusebium[3]). Id ipsum faciunt Optatus et Augustinus[4]) episcopos nominatim enumerantes. Denique ex ipso catalogo Liberiano interpolationis origo prodit; scilicet rerum gestarum tempora omisso Marcello ita ordinat:

Marcellinus ordinatur a. 296 Iun. 30.
episcopus a. VIII m. III d. XXV
[damnatur a. 303 Aug. 23[5])].
depositio eius a. . . . Ian. 15.
cessat episcopatus a. VII m. VI d. XXV
Eusebius ordinatur a. . . . Apr. 18.
episcopus — m. IV d. XVI
depositio eius a. . . . Aug. 17.
Miltiades ordinatur a. 311 Iul. 2.

---

[1]) Invertunt ordinem item auctores saeculi quarti Optatus de schism. Donat. 2, 3 et Augustinus ep. 53. [2]) Indicis exemplaria omnia (nam de quinti lectione parum constat) pro Marcellino et Marcello unum Marcellum ponunt, qui vere est Marcellinus. [3]) Consentientibus in omittendo Marcello codicibus melioribus omnibus accedente Prospero (chron. min. vol. 1 p. 446 c. 949 p. 447 c. 972) eum interpolat codex Hieronymi Leidensis Scal. 14 (*L'* Schoenii) saec. IX descriptus qui videtur ex exemplari scripto imperante Anastasio. Si constaret interpolationem illam sumptam omnino ex libro Pontificali adfuisse iam in archetypo, faceret id ad huius aetatem determinandam; sed potest Marcellus additus esse tempore longe posteriore. [4]) Locis supra adn. 1 citatis. Apud Augustinum Goldbacher testatur Marcellinum abesse a codicibus probis omnibus. [5]) Acta ficticia synodi Sinuessanae (Mansi vol. 1 p. 1257): *damnatus est Marcellinus episcopus suo iudicio X k. Sept. Diocletiano VIII et Maximiano VII clarissimis consulibus.* Acta haec qui finxit saec. VI ineunte (vide supra p. XXII) diem iudicii vix videtur commentus esse. Antea quoque (p. 1251) idem auctor meminit Vulcanalium, qui dies idem est.

Hi numeri non ad amussim concordant, sed aliquatenus conveniunt et inter se et cum reliqua rerum notitia nobis tradita. Cessavit episcopatus post Marcellinum occisum neque diserte traditur, quando Christiani in urbe Roma ad episcopum rursus creandum, scilicet Eusebium, animos confirmarint. Sed cum persecutioni in urbe Roma finem imposuerit Maxentius et is bona ecclesiarum Christianarum confiscata reddiderit episcopo Miltiadi [1]), ad eius tempora res redigitur. Ordinationis Miltiadis cum diem noverimus nec magnopere differant quae de Eusebii, cui Miltiades successit, temporibus traduntur [2]) neque quicquam ducat ad intervallum solito maius inter Eusebium et Miltiadem statuendum, Eusebii ordinatio recte referri potest ad anni 310 menses extremos vel sequentis anni primos. Sedis inter Marcellinum et Eusebium vacantis spatia certo tradita sunt consentientibus cum catalogi Liberiani codice codicibus Pontificalis. Ad hos numeros si intervallum computamus, coepit id Marcellino occiso secundo semestri a. 303. Quocum consentit qui scripsit concilium Sinuessanum Marcellinum significans damnatum esse a. 303 Aug. 23. Ita ab ordinatione a. 296 Iun. 30 ad damnationem a. 303 Aug. 23 Marcellinus sedit a. VII m. I d. XXIII. Corpus Marcellini depositum esse die XVIII k. Febr. = Ian. 15 cum constet tam ex indice depositionum episcoporum inserto chronographiae quam ex martyrologiis [3]), eundem fere diem (XVII k. Febr.) Pontificalis habeat in Marcello, sperni poterit quod scribit idem Marcellinum depositum esse Apr. 25, cum per XXV dies insepultum iacuisset; ceterum per aliquod tempus id iusta sepultura caruisse consentaneum est utpote hominis publice occisi. Refragatur spatium Marcello adscriptum in Liberiano a. VIII m. III d. XXV, in Indicis exemplaribus melioribus a. I m. IIII d. XVI (alia aliter); sed cum numeri admodum varient, potest substitui id quod supra computando effecimus. Periisse Marcellinum, ut diximus, secundo semestri a. 303 recte convenit temporibus persecutionis Diocletianae coeptae Nicomediae a. 303 Febr. 23. Illo fere tempore Diocletianus Romam advenit et vicennalia ibi celebravit a. 303 Nov. 20, nec dubium est imperatore praesente poenas contra Christianos constitutas severius quam antea exactas esse. Eodem rettulerim quod ait auctor libri de mortibus persecutorum [4]) post paucos menses ex urbe Diocletianum rursus exiisse propter *libertatem populi Romani* sibi intolerabilem. Ita quamquam, ut dixi, numeri in minoribus discrepant, dubitationes graviores tollentur eiecto Marcello. — Sed Marcellus etsi inter episcopos urbis Romae non recte admissus est, admissus est non sine causa. Extant elogia tam Marcelli quam Eusebii non multo post a papa Damaso († 384) scripta [5]), quae utrumque 'rectorem' appellant et quamquam

---

[1]) Eusebius hist. eccl. 8, 14: *Μαξέντιος ... ἀρχόμενος μὲν τὴν καθ' ἡμᾶς πίστιν ἐπ' ἀρεσκείᾳ καὶ κολακείᾳ τοῦ δήμου Ῥωμαίων καθυπεκρίνατο ταύτῃ τε τοῖς ὑπηκόοις τὸν κατὰ Χριστιανῶν ἀνεῖναι προστάττει διωγμόν.* Augustinus brev. collat. c. 34: *legebatur Melchiades misisse diaconos cum litteris Maxentii imp. et litteris praefecti praetorio ad praefectum urbis, ut ea reciperent, quae tempore persecutionis ablata memoratus imperator Christianis iusserat reddi.* [2]) Dies ordinationis Eusebii traditus in catalogo Liberiano non est dubius nec magis dies depositionis in eadem chronographia servatus. Sed de hoc recte monuit Rossius *Roma sott.* 2, 209, cum Eusebius mortuus sit in Sicilia, nequaquam constare de anno translationis cadaveris in coemeterium urbanum, immo vix eam adscribi posse anno ei quo obiit. De spatio differunt catalogus Liberianus habens m. IIII d. XVI, et Index, cuius exemplaria meliora ei dant m. VI d. III, et Hieronymus adscribens ei m. VII; sed vel sic constat eum non perannasse. [3]) Martyrol. Hieronymianum et sub die XVII k. Febr.: *Romae via Salaria in cimiterio Priscillae depositio sancti Marcelli episcopi* (al. *papae et confessoris*) et sub sequenti XVI k. Febr.: *depositio sancti Marcelli episcopi.* Nomen corruptum est similiter atque in Indice; inter episcopos Romanos qui vere fuit Marcellinus vulgo appellatur nomine non suo Marcelli. [4]) De mort. persec. 17. [5]) Duchesne I p. 166. 167. Diligentissime et doctissime egit Rossius de elogiis his *Roma sott.* 2, 201—207. Apparet ex iis in lapsis tractandis tam Marcellum quam Eusebium exegisse paenitentiam, contra adversarios duce Heraclio contendisse, ut venia concederetur omnibus eam flagitantibus; quod Damasus ait de Heraclio omnino, *Christum cum in pace negasse,* pacem intellegit, ut Cyprianus passim (ep. 55, 5. 17, ep. 57, 1 in., ep. 68, 5 c.), eam quae propter paenitentiam lapso conceditur

non satis intelleguntur deficiente rerum harum urbanarum notitia plena[1]), hoc ostendunt sub eorum regimine propter lapsos, ut saepe antea, sectarum Christianarum litigia violenter exarsisse et ambo a tyranno, scilicet Maxentio, in exilium actos esse, Eusebium in Sicilia obiisse exulem. Haec certe non sunt ficticia. Etiam Augustini adversarius Petillianus Marcellum episcopum agnoscit Miltiadem appellans tertium episcopum a Marcellino[2]). Denique catalogi Liberiani auctor narrans res tempore proximas et sibi plene notas non temere Marcellum episcopis inseruit adiecto spatio a. I m. VII d. XX. Haec ut inter se concilientur, statuendum erit Maxentium persecutioni Christianorum urbis Romae ita finem imposuisse, ut non statim episcopi creandi potestas eis fieret itaque per aliquod tempus Marcellum presbyterum episcopi vices egisse. Ei administrationi spatium abunde suppetit. Maxentius quamquam Romae rerum potitus est a. 306 exeunte, Augustus declaratus est demum a. 307 Oct. 27 et consul primum processit a. 308 Apr. 20 (v. quae exposui in Hermae vol. 32 p. 539). Inter ea tempora et Eusebium episcopum factum exeunte a. 310 vel ineunte a. 311 apte inseritur spatium Marcelli. Ita tam recte catalogi Liberiani auctor Marcelli spatium eo quo episcopium cessabat comprehendere potuit quam recte praeterierunt Marcellum in episcoporum ordine Hieronymus et Indicis auctor aliique scriptores. — Ceterum de Marcellino quae narrat liber Pontificalis fuisse eum inter traditores, sed mox paenitentia acta supplicium subiisse aliquatenus confirmantur testimoniis aliis[3]) videnturque vera esse. Item potest verum esse quod legitur in Pontificali Marcellini corpus humatum esse cura Marcelli presbyteri; nam ad sepulturas pontificum in vitis illis quae spectant, non uno loco produnt originem ex depositionum episcoporum Romanorum laterculo deperdito auctoritatis non spernendae; neque quicquam obstat, quominus presbyter hic Marcellus is ipse fuerit, quem post aliquot annos supra vidimus vice episcopi ecclesiae praefuisse. Reliqua de Marcello quae narrantur tam in libro Pontificali quam in passione (act. sanct. ad Ian. 16 vol. 2 p. 12) non solum quaeritur num vera sint, sed etiam annon pertineant origine sive ad Marcellinum sive ad Marcellum ab eo qui ecclesiae Romanae praefuit diversum.

5. In spatiis episcopatuum ordinandis Liberiani catalogi indicia reperiuntur haec: *K* in episcopis 1. 2. 3. 5. 6. 10. 11. 12. 17. 18. 19. 21. 22. 23. 24. 26. 29. 30 respondet vel prope accedit ad numeros catalogi Liberiani, quamquam non semper spatia tota, sed annos vel menses vel dies solos inde adscivit. Potest sane in uno alterove loco de numerorum origine dubitari; passim pendere epitomatorem a numeris catalogi Liberiani evidenter apparet.

---

ex foedere Christiano, contra laudans Eusebium *foedera pacis integra servantem*. Comparari poterit iudicium de secta hac Cypriani de lapsis c. 16: *ante offensam placatam indignantis domini ... vis infertur corpori eius et sanguini et plus modo in dominum ... delinquunt quam cum dominum negaverunt: pacem putant esse quam quidam fallacibus verbis venditant: non est pax illa, sed bellum.* Verba elogii dedicati Marcello (cf. Rossi l. c. et Harnack, *Gesch. der christlichen Litteratur* 1 p. 661) *exemplo pariter pulsi feritate tyranni ... pertulit exilium* adhuc male intellecta et propterea coniecturis temptata (cf. Rossius l. c. p. 206) ita accipienda sunt: *exemplo (Eusebii decessoris), pariter pulsi feritate tyranni, (Marcellus) pertulit exilium.*

[1]) Eadem innuit Eusebius de mart. Palaest. c. 12 horum annorum probra significans, sed ab iis enarrandis abstinens. [2]) Augustinus in breviculo collationis cum Donatistis c. 34 (vol. 9 p. 575 Maur.): *dixerunt Melchiadem tertium episcopum fuisse ab illo qui tunc erat cum traditio illa facta esset* significat Marcellinum (vide contra Petillianum l. 2 c. 202 vol. 9 p. 275). [3]) Testis antiquissimus est Petillianus Augustini adversarius (Augustinus l. c.) neque hic contra dicit (l. c. 2, 208, p. 280). Item in concilio Sinuessano (supra p. LIII, not. 5) confecto, ut dixi, saec. VI ineunte Marcellinus quoniam turificavit suo iudicio condemnatur. Paenitentiam eum egisse confirmant et silentium Donatistarum in loco supra adn. 2 adlegato et quod Marcellinus receptus est in indicem depositionum episcoporum.

cl. III codicum Pontificalis (E^6C^3 et a prima scriptura E^1) in spatiis 1. 2. 5—8. 10—12. 17—25. 28—30. 33 numeros Liberianos vel certe vestigia eorum servavit.

F spatia Liberiana certa (cf. 21) non habet exceptis duobus episcopis Anacleto (5) in Indice omisso et Miltiade (33), cui quod Indicis exemplaria pleraque tribuunt spatium nudum a. IIII, huic epitomatori videtur displicuisse.

cl. I et II codicum Pontificalis similiter a numeris Liberianis abstinent exceptis duobus episcopis Marcello (31) in Indice omisso et aliquatenus Miltiade (33); scilicet in hoc cl. I ut epitome F retinet spatium Liberianum, cl. II facit cum Indice.

Indicem e contrario Pontificalis sequitur in his:

1. In Cleto et Clemente ordinandis, ut supra vidimus, libri Pontificalis primus auctor Indicem secutus est, neque id mutaverunt qui eum postea recensuerunt.

2. Pium et Anicetum antea inverso ordine positos ad Indicem ordinavit recensio ea, a qua pendent libri cl. I. II.

3. Felix II (38) ex Indice in librum Pontificalem ab ipso eius auctore primo translatus est, cum exemplaria omnia tam epitomata quam plena eum habeant. Spatium exempla Indicis omittunt recte omnino, quoniam, ut ipse liber Pontificalis (p. 79, 2) ait, id comprehenditur spatio simul sedentis episcopi Liberii. Sed in Pontificali ut quae de obitu eius narrantur pessime turbata sunt et quodammodo duplicata, ita spatium quoque ei adscribitur, non idem tamen in libris omnibus; scilicet epitome Cononiana et cl. I et II libri Pontificalis fere consentientia ei tribuunt a. I m. III d. II; cl. III a. I m. II, Feliciana epitome a. III, quae commenticia esse apparet omnia et adiecta ad hiatum explendum. Primus Pontificalis auctor utrum numeros eos posuerit quos habent libri KAB eosque in EF corruperint librarii an spatium ab ipso non adiectum diasceuastae posteriores diversa ratione expleverint, non definio.

4. Spatia ad Indicem constituta reperiuntur haec:

K in episcopis 7. 8. 9. 13. 15. 16. 19. 20. 24. 25. 27. 28. 29. 32. 33. 34. 35. 36 numeros aut omnes aut ex parte ad Indicem exhibet, sed ita, ut ubi exemplaria variant, sequatur fere familiam antiquiorem et plerumque puriorem (n. 7. 13. 15. 16. 24. 27). Contrarium raro evenit, ut in Eusebio (c. 32); sed cum Indicis exemplaria passim divergant, singularibus in tali re non est obsecundandum.

F et cl. I. II ut supra vidimus in spatiis constanter sequuntur Indicem tribus episcopis exceptis Anacleto (5) et Marcello (30) utpote in Indice omissis et aliquatenus Miltiade (33) utpote in Indice annos solos habente. In his quatenus spatia Liberiana secuti sint, supra adnotavimus; praeterea F Marcello tribuit spatium temere excogitatum, Pontificalis cl. I et II Anacleto spatium decessoris Clementis temere repetitum. Adhibuit autem tam scriptor libri eius a quo pendet epitome F quam qui scripsit exemplarium cl. I et II archetypum, ut recte observavit Duchesnius (p. LXXIX), Indicis exemplaria minime proba, scilicet talia fere, qualia sunt Albigense (n. 7) descriptum ex codice scripto a. 673 et Fredegarianum (n. 8) item saeculi VII exeuntis (vide quae supra diximus de K). Inde confirmatur quod supra posuimus neque Pontificalis editionem alteram (cf. p. XVII) neque Felicianam epitomen (cf. p. XIV) eo statu, quo nos eam habemus, prodiisse ante saeculum septimum. Epitomen Felicianam qui ita interpolavit quaeri poterit, utrum adhibuerit Indicis aliquod exemplum an editionis posterioris, quam ei non ignotam fuisse infra videbimus. Sed magis Indicem adsumpsit, cuius abundant exemplaria maxime Fredegariana, quoniam alteri opinioni obstant quae modo rettulimus spatia Anacleti et Marcellini a libris cl. I. II recedentia.

Habuit igitur qui Pontificalem primus ordinavit utrumque episcoporum laterculum tam Indicem quem dicimus quam Liberianum et in spatiis episcopatuum ordinandis utroque uti potuit. Duplices numeros non videtur posuisse, quoniam eiusmodi geminationum codices exempla nulla suppeditant excepto uno E^1, quem constat ex contaminatione saec. XI originem trahere. Posteriore interpolatione in librum Pontificalem venisse ea quae habet ex catalogo Liberiano negandum est; nam huiusce libelli paucis noti vestigia maxime reperiuntur in editionis prioris reliquiis K et cl. III, adsunt in F et cl. I. II iis maxime locis, in quibus Index deficit. Quod si superesset editionis prioris exemplum integrum, sine dubio numeri Liberiani in eo primarium locum tenerent; eum enim laterculum ad chronicorum formam prope accedentem fundamentum operis sui esse voluit auctor Pontificalis itaque verisimile est numeros quoque ubi laterculi duo differebant ad hunc potissimum eum formasse. Sed tempore procedente cum Indicis exemplaria ubivis prostarent et is quoque insertus collectionibus conciliorum et decretorum papalium ad canonicam quodammodo auctoritatem pervenisset, ad eum vetusta episcoporum ordinatio spatiaque ei non congruentia subinde mutata sunt.

A Liberio (37) inde cum scriptori unius tantummodo laterculi copia fuerit, spatia in Indice enuntiata eadem fere sunt atque libri Pontificalis. Sed cum differant Indicis exemplaria antiquiora a recentioribus et magis corruptis, quaeritur, ad utros numeros Pontificalis exemplaria sese applicent, item de paucis locis, ubi Pontificalis libri ab Indice recedunt, quaeritur quid statuendum sit. Inde observationes efficiuntur hae:

K et quae in hac parte cum ea concordat Pontificalis cl. III sequuntur fere Indicis numeros antiquiores. Ita Simplicio (49) mensem nullum dant indices boni 1—6 et Pontificalis cl. III, m. I indices deteriores 7—9 et epitomae *FK* et cl. I. II; Pelagio I (62) a. IIII Indicis exemplaria omnia et *K* et cl. III, a. XI cl. I. II; Deusdedit dies XX Index et *K* et cl. III, dies XXIII cl. I et II.

F, qui non habet nisi spatia 37—56, in his quoque sequitur Indicis exemplar aliquod deterius. Notabilis est consensus epitomae huius cum indice 8 in Felice IV (56).

cl. I et II concordant, ut modo vidimus, in erroribus meris, quales indicavimus in Pelagio I et Deusdedit; unde colligitur eos errores commissos esse a scriptore archetypi recensionis posterioris translatos inde in classem utramque.

Ad chronologiam episcoporum Romanorum ordinandam Pontificalis liber inutilis est, si exceperis supplementa ad explendos hiatus catalogi Liberiani pertinentia et praeterea, ut consentaneum est, partis posterioris spatia ex parte sine dubio non ex laterculo aliquo in Pontificalem librum translata, sed in Pontificale corpus ab aequalibus relata et inde fere ad laterculos adiecta. In reliquis ad episcopatuum spatia determinanda redeundum est ad duos laterculos primitivos, ex quibus Pontificalis auctores et ordinatores pendent. Spretis fontibus purioribus qui ex hoc turbido lacu hauriunt, sibi aliisque melius consulent abstinentes in rebus saeculorum priorum explicandis a libro Pontificali.

INTERVALLA EPISCOPATVS.

Intervallorum episcopatus sede inter pontifices duos vacante solus liber pontificalis recensum proponit, ad singulas vitas extremo loco adnotans spatia episcopatus cessantis. Laterculum inde effectum subieci repetitis in eo quoque inde ab eo tempore, quo aliquam utilitatem habere incipiunt, spatiis episcoporum ad computationem fere Duchesnianam (cf. p. XLII); nam de intervallis iudicium ferri non potest nisi spatiis adsump-

tis. Ipse etsi vitas edere mihi proposui, chronologiam pontificum Romanorum nequaquam suscepi pertractandam. Ceterum episcoporum Romanorum spatia a saeculo inde quarto incipiente paucis exceptis certa sunt et dubitationi nulli obnoxia. — Inde ab Anastasio I (XLI) ut numeri facilius conferrentur, intervallorum numeris traditis postposui effectos ex spatiorum computatione Duchesniana.

I. Petrus.
II. Linus.
III. Cletus
sed. vac. d. XX.
IV. Clemens
sed. vac. d. XXI.
V. Anencletus
sed. vac. d. XIII (xu *F*, xuii *K*).
VI. Euaristus
sed. vac. d. XVIIII.
VII. Alexander
sed. vac. d. XXXV (xxxuii $F^{1\cdot2}$, xxxuiii F^{3}, xxx *K*).
VIII. Xystus I
sed. vac. m. II (d. ii *II. III*).
IX. Telesphor
sed. vac. d. VII.
X. Hyginus
sed. vac. d. III.
XI. Pius
sed. vac. d. XIIII.
XII. Anicetus
sed. vac. d. XVII (uii *FK III*).
XIII. Soter
sed. vac. d. XXI (xi *FK*).
XIV. Eleuther
sed. vac. d. XV (xui *FK*, u *II. III*).
XV. Victor
sed. vac. d. XII.
XVI. Zephyrinus
sed. vac. d. VI.
XVII. Callistus I
sed. vac. d. XVI (ui *F II. III*).
XVIII. Urbanus
sed. vac. d. XXX.
XIX. Pontianus 230 Iul. 21 — 235 Sept. 28.
sed. vac. d. X. — m. I d. XXV *Liberianus.*
XX. Anteros 235 Nov. 21 — 236 Ian. 3
sed. vac. d. XIII (ii *F*, uii *K*).
XXI. Fabianus 236 Ian. 10 — 250 Ian. 20
sed. vac. d. VII. — a. I . . . . *Liberianus.*
XXII. Cornelius 251 Mart. . . — 253 Iun. . .
sed. vac. d. LXVI.
XXIII. Lucius 253 Iun. 25 — 254 Mart. 5
sed. vac. d. XXXV.

XXIV. Stephanus I 254 Mai. 12 — 257 Aug. 2
sed. vac. d. XXII.
XXV. Xystus II 257 Aug. 30 — 258 Aug. 6
sed. vac. a. II *(sic FK,* d. xxxu *P).* — m. XI d. XVI *Liberianus.*
XXVI. Dionysius 259 Iul. 22 — 268 Dec. 26
sed. vac. d. V.
XXVII. Felix I 269 Ian. 5 — 274 Dec. 30
sed. vac. d. V.
XXVIII. Eutychianus 275 Ian. 4 — 283 Dec. 7
sed. vac. d. VIII. — d. XII *Liberianus.*
XXIX. Gaius 283 Dec. 17 — 296 Apr. 22
sed. vac. d. XI. — m. II d. VIII *Liberianus.*
XXX. Marcellinus 296 Iun. 30 — 303 Aug. 23 (?)
sed. vac. a. VII m. VI d. XXV. — *Vide supra p. LIII seq.*
XXXI. Marcellus
sed. vac. d. XX. — *Vide supra p. LIII seq.*
XXXII. Eusebius 310(?) Apr. 18 — Aug. 17
sed. vac. d. VII. — *Vide supra p. LIII seq.*
XXXIII. Miltiades 311 Iul. 2 — 314 Ian. 11
sed. vac. d. XVI. — d. XX *Liberianus.*
XXXIV. Silvester 314 Ian. 31 — 335 Dec. 31
sed. vac. d. VIIII *(sic* $F^{1\cdot3}$, uiii $F^{2}K$, xu *P).* — d. XVII *Liberianus.*
XXXV. Marcus 336 Ian. 18 — Oct. 7
sed. vac. d. XX. — m. IV d. V *Liberianus.*
XXXVI. Iulius I 337 Febr. 6 — 352 Apr. 12
sed. vac. d. XXV. — m. I d. VIII *Liberianus (cf. Duchesne vol. 1 p. CXL).*
XXXVII. Liberius 352 Mai. 17 — 366 Sept. 24
sed. vac. d. VI.
XXXVIII. Felix II
sed. vac. d. XXXVIII. — *Vere obiit sedente Liberio.*
XXXIX. Damasus 366 Oct. 1 — 384 Dec. 11
sed. vac. d. XXXI (xxxui *F*, xxui *K*).
XL. Siricius 384 Dec. — 399 Nov. 26
sed. vac. d. XX.
XLI. Anastasius I 399 Nov. 27 — 401 Dec. 19
sed. vac. d. XXI: d. 2.
XLII. Innocentius I 401 Dec. 22 — 417 Mart. 12
sed. vac. d. XXII. — d. 5 *(Duchesne p. CCLI).*
XLIII. Zosimus 417 Mart. 18 — 418 Dec. 26
sed. vac. d. XI. — d. 2 *(Duchesne p. CCLI).*
XLIV. Bonifatius I 418 Dec. 29 — 422 Sept. 4
sed. vac. d. VIIII: d. 5.
XLV. Caelestinus 422 Sept. 10 — 432 Iul. 27
sed. vac. d. XXI: d. 3.
XLVI. Xystus III 432 Iul. 31 — 440 Aug. 19
sed. vac. d. XXII. — *Supra dies XL teste Prospero c. 1341 (chr. min. 1 p. 478):* m. 1 d. 9.
XLVII. Leo I 440 Sept. 29 — 461 Nov. 10
sed. vac. d. VII: d. 8.

XLVIII. Hilarus 461 Nov. 19 — 468 Febr. 29
sed. vac. d. X: d. 2.

XLIX. Simplicius 468 Mart. 3 — 483 Mart. 10
sed. vac. d. VI (u *F*, uii A^1): d. 2.

L. Felix III 483 Mart. 13 — 492 Mart. 1
sed. vac. d. V: —.

LI. Gelasius 492 Mart. 1 — 496 Nov. 21
sed. vac. d. VII: d. 2.

LII. Anastasius II 496 Nov. 24 — 498 Nov. 19
sed. vac. d. VI *(sic FK,* iiii *P):* d. 2.

LIII. Symmachus 498 Nov. 22 — 514 Iul. 19
sed. vac. d. VII: —.

LIV. Hormisdas 514 Iul. 20 — 523 Aug. 6
sed. vac. d. VI (uii *II*): d. 6.

LV. Iohannes I 523 Aug. 13 — 526 Mai. 18
sed. vac. d. LVIII: m. 1 d. 23.

LVI. Felix IIII 526 Iul. 12 — 530 Sept. 22
sed. vac. d. III: —.

LVII. Bonifatius II 530 Sept. 22 — 532 Oct. 17
sed. vac. m. II d. XV: m. 2 d. 15.

LVIII. Iohannes II 533 Ian. 2 — 535 Mai. 8
sed. vac. d. VI: d. 4.

LIX. Agapetus 535 Mai. 13 — 536 Apr. 22
sed. vac. m. I d. XXVIII: ?

LX. Silverius 536 Iun. — 537 Mart.

—

LXI. Vigilius 537 Mart. 29 — 555 Iun. 7
sed. vac. m. III d. V: m. 10 d. 8 *(Duchesne p. CCLV).*

LXII. Pelagius I 556 Apr. 16 — 561 Mart. 4
sed. vac. m. II (iii *II. III*) d. XXV: m. 4 d. 12.

LXIII. Iohannes III 561 Iul. 17 — 574 Iul. 13
sed. vac. m. X d. III: m. 10 d. 19.

LXIV. Benedictus I 575 Iun. 2 — 579 Iul. 30
sed. vac. m. III d. X: m. 3 d. 26.

LXV. Pelagius II 579 Nov. 26 — 590 Febr. 7
sed. vac. m. VI (iii *alii*) d. XXV: m. 6 d. 26.

LXVI. Gregorius I 590 Sept. 3 — 604 Mart. 12 (= a. 13 m. 6 d. 10)
sed. vac. 604 Mart. 13 — Sept. 12 m. V d. XVIII: m. 6.

LXVII. Sabinianus 604 Sept. 13 — 606 Febr. 22 (= a. 1 m. 5 d. 10)
sed. vac. 606 Febr. 23 — 607 Febr. 18 m. XI d. XXVI (xxuii *alii*): m. 11 d. 27.

LXVIII. Bonifatius III 607 Febr. 19 — 607 Nov. 12 (= m. 8 d. 25)
sed. vac. 607 Nov. 13 — 608 Aug. 24 m. X d. VI: m. 9 d. 12.

LXIX. Bonifatius IV 608 Aug. 25 — 615 Mai. 8 (= a. 6 m. 8 d. 14)
sed. vac. 615 Mai. 9 — Oct. 18 m. VI d. XXV: m. 5 d. 10.

LXX. Deusdedit 615 Oct. 19 — 618 Nov. 8 (= a. 3 d. 21)
sed. vac. 618 Nov. 9 — 619 Dec. 22 m. I d. XVI: a. 1 m. 1 d. 14.

LXXI. Bonifatius V 619 Dec. 23 — 625 Oct. 25 (= a. 5 m. 10 d. 3)
sed. vac. 625 Oct. 26 d. XIII: d. 1.

LXXII. Honorius 625 Oct. 27 — 638 Oct. 12 (= a. 12 m. 11 d. 16).
sed. vac. 638 Oct. 13 — 640 Mai. 27 a. I m. VII d. XVIII: a. 1 m. 7 d. 15.

LXXIII. Severinus 640 Mai. 28 — Aug. 2 (= m. 2 d. 6)
sed. vac. 640 Aug. 3 — Dec. 23 m. IIII d. XXIIII (xxuiiii *alii*): m. 4 d. 21.
LXXIV. Iohannes IV 640 Dec. 24 — 642 Oct. 12 (= a. 1 m. 9 d. 19)
sed. vac. 642 Oct. 13 — Nov. 23 m. I d. XIII: m. 1 d. 11.
LXXV. Theodorus 642 Nov. 24 — 649 Mai. 14 (= a. 6 m. 5 d. 21)
sed. vac. 649 Mai. 15 — 649 Iul. 4 d. LII (m. i d. xui *alii*): m. 1 d. 20.
LXXVI. Martinus I 649 Iul. 5 — in exilium missus 653 Iun. 17 (= a. 3 m. 11 d. 13), defunctus a. 655 Sept. 16 (in exilio igitur a. 2 m. 2 d. 29; post ordinationem vixit a. 6 m. 2 d. 12)
sed. vac. 653 Iun. 18 — 654 Aug. 9: a. 1 m. 1 d. 22).
LXXVII. Eugenius I 654 Aug. 10 — 657 Iun. 2 (= a. 2 m. 9 d. 24)
sed. vac. 657 Iun. 3 — Iul. 29 m. I d. XXVIII: m. 1 d. 27.
LXXVIII. Vitalianus 657 Iul. 30 — 672 Ian. 27 (= a. 14 m. 5 d. 29)
sed. vac. 672 Ian. 28 — Apr. 10 m. II d. XIII: m. 2 d. 14.
LXXIX. Adeodatus 672 Apr. 11 — 676 Iun. 17 (= a. 4 m. 2 d. 7)
sed. vac. 676 Iun. 18 — Nov. 1 m. IIII d. XV: m. 4 d. 15.
LXXX. Donus 676 Nov. 2 — 678 Apr. 11 (= a. 1 m. 5 d. 10)
sed. vac. 678 Apr. 12 — Iun. 26 m. II d. XV: m. 2 d. 15.
LXXXI. Agatho 678 Iun. 27 — 681 Ian. 10 (= a. 2 m. 6 d. 15)
sed. vac. 681 Ian. 11 — 682 Aug. 16 a. I m. VII d. V: a. 1 m. 7 d. 6.
LXXXII. Leo II 682 Aug. 17 — 683 Iul. 3 (= m. 10 d. 17)
sed. vac. 683 Iul. 4 — 684 Iun. 25 m. XI d. XXII: m. 11 d. 22.
LXXXIII. Benedictus II 684 Iun. 26 — 685 Mai. 8 (= m. 10 d. 13)
sed. vac. 685 Mai. 9 — Iul. 22 m. II d. XV: m. 2 d. 14.
LXXXIV. Iohannes V 685 Iul. 23 — 686 Aug. 2 (= a. 1 d. 11)
sed. vac. 686 Aug. 3 — Oct. 20 m. II d. XVIII: m. 2 d. 18.
LXXXV. Conon 686 Oct. 21 — 687 Sept. 21 (= m. 11)
sed. vac. 687 Sept. 22 — Dec. 14 m. II d. XXIII: m. 2 d. 23.
LXXXVI. Sergius 687 Dec. 15 — 701 Sept. 8 (= a. 13 m. 8 d. 25)
sed. vac. 701 Sept. 9 — Oct. 29 m. I d. XX: m. 1 d. 21.
LXXXVII. Iohannes VI 701 Oct. 30 — 705 Ian. 11 (= a. 3 m. 2 d. 13)
sed. vac. 705 Ian. 12 — Febr. 28 m. I d. XVIII: m. 1 d. 17.
LXXXVIII. Iohannes VII 705 Mart. 1 — 707 Oct. 18 (= a. 2 m. 7 d. 18)
sed. vac. 707 Oct. 19 — 708 Ian. 14 m. III: m. 2 d. 27.
LXXXIX. Sisinnius 708 Ian. 15 — Febr. 4 (= d. 21)
sed. vac. Febr. 5 — Mart. 24 m. I d. XVIII: m. 1 d. 20.
XC. Constantinus 708 Mart. 25 — 715 Apr. 9 (= a. 7 d. 16)
sed. vac. 715 Apr. 10 — Mai. 18 d. XL: m. 1 d. 9.

Intervalla episcopatuum in libri Pontificalis editionem relata etiam priorem, cum adsint iam in epitomis vix mutata, absunt et ab Indice et a catalogo Liberiano, quamquam hic diuturnas sedis vacationes per persecutionem Decianam (XXV/XXVI) et Diocletianam (XXX/XXXI) adnotavit, in hac formula usus *cessavit episcopatus* inde sine dubio translata in librum Pontificalem. Ita cum intervallorum indicatio huic auctori propria sit, pertinet ea ad fidem eius aestimandam adeoque ad aetatem vitarum determinandam. Sed ad computationes has recte tractandas tenendum est pluribus ex causis eius generis numeros etiam veros raro ad amussim concordare. Dies ordinationis et mortis quamquam comprehendendi sunt spatiis, facile evenit, ut aut bis numerentur aut ex spatiis ad intervalla transferantur. Diverso errore pro die mortis non raro substituitur dies depositionis aucto spatio, diminuto intervallo. Etiam compu-

tandi leges vacillant; sollemni usu cum tempora numerentur per annos et menses, ut fiant a Mai. 15 ad Iul. 4 m. 1 (Mai. 15 — Iun. 14) d. 20 (Iun. 15—30 + Iul. 1—4), possunt item tempora numerari per dies solos 17 (Mai. 15—31) + 30 (Iun.) + 4 (Iul. 1—4) = 51. — Ipsa intervalla si haberemus recte tradita ita ut spatia habemus, magnopere chronologiam adiuvarent; nam dies depositionum magna ex parte aut ignorantur aut possunt certe in dubitationem vocari (ut in Bonifatio IV defuncto a. 615 epitaphium quod extat diem habet a Pontificali diversum). Sed quamquam in Pontificali intervalla vix ullo loco desunt neque libri in iis magnopere variant, qui ibi leguntur numeri non solum per ea tempora ficticii sunt, ubi spatiis quoque fides abneganda est, sed etiam postea, ubi haec in universum vera sunt, manent commenticia; certe intervalla quae ex indice Liberiano efficiuntur, auctor libri Pontificalis incuriose sprevit numeris substitutis sine dubio falsis, continuanturque etiam post Liberium intervalla ficticia, ut sedes dicitur vacavisse per dies 38 post Felicem II (XXXVII) Liberii scilicet successorem, quem ipse liber alio loco ait obiisse ante Liberium; item post Xystum III (XLVI) intervallum adnotatur dierum 22, cum constet ex testimonio scriptoris aequalis Leonem ei successisse post dies amplius 40. A Leone inde primo ad saeculi septimi episcopos primos veri numeri ut aliquoties adsunt, ita non desunt errati etiam graviores, ut post Vigilium (LXI), Pelagium I (LXII), Benedictum I (LXIV), Gregorium I (LXVI); ab Honorio (LXXII) demum intervalla ita decurrunt spatiis congrua, ut diversitates per minutias illas, de quibus antea monui, satis explicentur. — Itaque intervallorum numeri in librum Pontificalem non sunt relati ex computatione curiosa aptata ad spatia episcoporum inde a saeculi quarti principio satis certo nota, nec magis descendunt ex laterculo cum Indice quem scriptor adhibuit auctoritate et bonitate comparando, sed ut non raro veros numeros habent profectos ab auctoribus bonis, ita aequalium hominum adnotationem perpetuam non prae se ferunt nisi inde a saeculi septimi decennio tertio. Confirmatur ita quod supra (p. XVIII) posui libri Pontificalis originem non recte referri ad aetatem Theodericianam, sed scribi coeptum esse post Gregorium primum.

CAPVT QVARTVM.

DEPOSITIONVM EPISCOPORVM ROMANORVM LATERCVLI.

Disquisitionem de sepulcris episcoporum Romanorum late patentem et ad ipsorum rudera non minus quam ad scriptos libros exigendam neque is sum qui pertractem neque hic locus ei pertractandae aptus est. Sed placuit vitarum corpori adiungere laterculos ad sepulcra ea pertinentes duos, alterum locorum in codicibus traditum, quoniam tabulam huic simillimam libri Pontificalis scriptor videtur adhibuisse; alterum dierum ex vitis a nobis editis excerptum, quoniam ad interpolationes classium diversarum dignoscendas utile est uno conspectu dies hos comprehendi collocatos fere in vitarum parte extrema.

I. LOCI DEPOSITIONVM.

Depositiones episcoporum Romanorum a Petro ad Zachariam († 752) ordinatae ad loca leguntur in libris duobus, de quibus infra in codicum recensu dicetur, Parisino

5140 saec. XI incipientis (hic P, in apparatu C^4) et Vaticano 3864 saec. eiusdem exeuntis (hic E, in apparatu E^1). Ediderunt indicem ad illum librum Duchesnius vol. 1 p. CLVII, ad hunc Vignolius a. 1724 (ad libri pontificalis vol. 1 post praefationem) et Rossius *Roma sott.* 2 p. XXIII; ego collatum habui illum a Vidiero Parisino, hunc ab amicis Romanis. — Ordinis episcoporum numeros (scilicet eos ipsos, quos exhibet editio nostra libri pontificalis) praescribit solus liber E; litteras ad capita separanda et numeros ad papas homonymos distinguendos ego adieci uncis quadratis comprehensa. Cum de ordine, quem scriptor secutus est, nullo loco dubitari possit, non retinui versuum dispositionem, quae eadem est in utroque libro, nisi quod inde a rubrica K loci in E non versus suos habent, sed ad primum capitis nomen adscribuntur.

Indicium (indiculum E) in quo loco unusquisque Romanorum pontificum requiescit (req. pont. rom. E)

[A] in Vaticano (baticano E)

I. Petrus
II. Linus
III. Cletus
V. Anecletus (anecletis E^{1p}, anecleti E^{1c}, anacletus P)
VI. Euarestus
VIII. Sixtus (syxtus E) [I]
VIIII. Telesfor
X. Igynus (yginus E)
XII. *(sic)* Pius
XIIII. (xiii E) Eleuther
XV. Victor
XLVII. Leo [I]
XLVIII. Simplicius
LI. Gelasius [I]
LII. Anastasius [II]
LIII. Symachus (symmagus E)
LIIII. Hormista (hormisda E)
LV. Iohannes [I]
LVI. Felix [IIII]
LVII. Bonifatius (-facius P) [II]
LVIII. Iohannes [II]
LVIIII. Agapitus
LXII. Pelagius [I]
LXIII. Iohannes [III]
LXIIII. Benedictus [I]
LXV. Pelagius [II]
LXVI. Gregorius [I]
LXVII. Savinianus
LXVIII. Bonifatius (-facius P) [III]
LXVIIII. Bonifatius (-facius P) [IIII]
LXX. Deusdedit
LXXI. Bonifatius (-facius P) [V]
LXXII. Honorius
LXXIII. Severinus
LXXIIII. Iohannes [IIII]
LXXV. Theodorus
LXXVII. Eugenius [I]
LXXVIII. Vitalianus
LXXVIIII. Adeodatus
LXXX. Donus
LXXXI. Agatho
LXXXII. Leo [II]
LXXXIII. Benedictus [II]
LXXXIIII. Iohannes [V]
LXXXV. Conon (cunon P^p)
LXXXVI. Sergius [I]
LXXXVII. Iohannes [VI]
LXXXVIII. Iohannes [VII]
LXXXVIIII. Sisinnius
XC. Constantinus
XCI. Gregorius [II]
XCII. (xciii E^{1p}) Gregorius [III]
XCIII. Zacharias

[B] in cymiterio Calisti (calixti E)

XI. *(sic)* Anicitus
XIII. Soter (sother P)
XVI. Zeferinus (seuerinus P)
XVIIII. *(sic)* Antheros
XX. *(sic)* Pontianus (poncianus P)
XXI. Fabianus
XXIII. Lucius
XXIIII. Stephanus [I] (sthephanus P)
XXV. Syxtus [II]
XXVIII. Euticeanus (euthiceanus E)
XXVIIII. Gaius
XXXII. Eusebius
XXXIII. Meltiades (melciades P)

[C] in cymiterio Priscillae via Salaria

XXX. *(sic)* Marcellinus (marcellus P)
XXXI. *(sic)* Marcellus (marcellinus P)
XXXIIII. Silvester (sil̄ur, *non* sil̄u E)
XL. Siricius
XLV. Celestinus (calestinus P)
LXI. Vigilius

[*D*] ad sanctum Paulum
L. Felix [III]

[*E*] ad sanctum Laurencium
XLIII. Zosimus (zososomus *P*)
XLVI. Syxtus (sixtus *P*) [III]
XLVIII. Hilarus

[*F*] in cymīt Calopodi via Aurelia
XVII. Calistus
XXXVI. (xxui *Rossius err.*) Iulius

[*G*] ad sanctam Felicitatem via Salaria
XXXVII. Liberius
XLIII. Bonifatius (-facius *P*) [I]

[*H*] ad Ursu pileatu portum
XLI. Anastasius [I]
XLII. Innocentius [I]

[*I*] in Portu (pontu *E*) in mari
IIII. Clemens [I]

[*K*] in *(om. E)* miliario VI via Numentana (nomentana *P*)
VII. (ui *E*) Alexander
XVIII. (xuiiii E^p) Urbanus

[*L*] via Aurelia
XXVII. (xuii *E*) Felix [I]
XXVI. Dionisius
XXII. Cornelius

[*M*] in cimīt (cym̄ *E*) suo via Ardeatina (ardeata *P*)
XXXV. Marcus

[*N*] in cimīt (cym̄ *E*) suo via Portum
XXXVIII. Felix [II]

[*O*] in cimīt (cym̄ *E*) suo via Ardē (*sic E*, ardeata *P*)
XXXVIIII. Damasus (damassus *E*)

[*P*] in Pontias
LX. Silverius

[*Q*] in Acersona
LXXVII. Martinus [I]

Sequuntur loci depositionum episcoporum excerpti ex libro Pontificali.

I. Petrus: via Aurelia in templum Apollinis iuxta locum ubi crucifixus est iuxta palatium Neronianum in Vaticano iuxta territorium triumphalem.
II. Linus: iuxta corpus beati Petri in Vaticano.
III. Cletus: iuxta corpus (in basilica *K*) beati Petri in Vaticano.
IV. Clemens: in Grecias.
V. Anecletus: iuxta corpus beati Petri.
VI. Euaristus: iuxta corpus beati Petri in Vaticano.
VII. Alexander: via Nomentana ubi decollatus est ab urbe Roma mil. VII.
VIII. Xystus I: iuxta corpus beati Petri in Vaticano.
IX. Telesphor: iuxta corpus beati Petri in Vaticano.
X. Hyginus: iuxta corpus beati Petri in Vaticano.
XI. Pius: iuxta corpus beati Petri in Vaticano.
XII. Anicetus: iuxta corpus beati Petri in Vaticano *FK*, in cymiterio Callisti *P*.
XIII. Soter: iuxta corpus beati Petri *FK*, in cymiterio Callisti via Appia *P*.
XIV. Eleuther: iuxta corpus beati Petri in Vaticano.
XV. Victor: iuxta corpus beati Petri apostoli in Vaticano.
XVI. Zephyrinus: in cymiterio suo iuxta cymiterium Callisti via Appia.
XVII. Callistus: in cymiterio Calipodi via Aurelia mil. III.
XVIII. Urbanus: in cymiterio Praetextati via Appia.
XVIIII. Pontianus: in cymiterio Callisti via Appia.
XX. Anteros: in cymiterio Callisti via Appia.
XXI. Fabianus: in cymiterio Callisti via Appia.
XXII. Cornelius: in crypta iuxta cymiterium Callisti via Appia in praedio (Lucinae).
XXIII. Lucius: in cymiterio Callisti *I. III*, iuxta cymiterium Callisti in arenaria *II.*
XXIIII. Stephanus I: in cymiterio Callisti via Appia.
XXV. Xystus II: in cymiterio Callisti via Appia.
XXVI. Dionysius: in cymiterio Callisti via Appia.

XXVII. Felix I: in cymiterio suo via Aurelia mil. II *FK*, *similiter P.*
XXVIII. Eutychianus: in cymiterio Callisti via Appia.
XXVIIII. Gaius: in cymiterio Callisti via Appia.
XXX. Marcellinus: in via Salaria in cymiterio Priscillae in cubiculum *cet.* in crypta iuxta corpus sancti Crescentionis.
XXXI. Marcellus: in cymiterio Priscillae via Salaria.
XXXII. Eusebius: in cymiterio Callisti (in crypta *add. III*) via Appia.
XXXIII. Miltiades: in cymiterio Callisti via Appia (in crypta *add. III*).
XXXIIII. Silvester: in cymiterio Priscillae via Salaria ab urbe Roma mil. III.
XXXV. Marcus: in cymiterio Balbinae via Ardeatina.
XXXVI. Iulius I: via Aurelia in cymiterio Calepodii mil. III.
XXXVII. Liberius: via Salaria in cymiterio Priscillae.
XXXVIII. Felix II: in basilica eius via Aurelia (mil. II *add. II. III*).
XXXVIIII. Damasus: via Ardeatina in basilica sua iuxta matrem suam et germanam.
XL. Siricius: in cymiterio Priscillae via Salaria.
XLI. Anastasius I: in cymiterio suo ad Ursum pileatum.
XLII. Innocentius I: in cymiterio *(om. FK. III)* ad Ursum pileatum.
XLIII. Zosimus: via Tiburtina iuxta corpus beati Laurentii martyris.
XLIIII. Bonifatius I: in cymiterio sanctae Felicitatis martyris via Salaria *FK. III*, via Salaria iuxta corpus sanctae Felicitatis martyris *I. II.*
XLV. Caelestinus: in cymiterio Priscillae via Salaria.
XLVI. Xystus III: via Tiburtina in crypta ad sanctum Laurentium (*sic FK*, iuxta corpus beati Laurenti *P*).
XLVII. Leo I: in basilica beati Petri *FK*, apud beatum Petrum apostolum *P (rel.)*, apud basilicam beati Petri apostoli C^3E^1.
XLVIII. Hilarus: ad sanctum Laurentium in crypta iuxta corpus beati episcopi Xysti.
XLVIIII. Simplicius: ad beatum Petrum (*sic FK*, in basilica beati Petri apostoli *P*).
L. Felix III: apud beatum Paulum (*sic FK*, in basilica beati Pauli apostoli *P*).
LI. Gelasius: apud beatum Petrum *FK*, in basilica beati Petri apostoli *P.*
LII. Anastasius II: apud beatum Petrum in Vaticanum *FK*, in basilica beati Petri apostoli *P.*
LIII. Symmachus: apud beatum Petrum *FK*, in basilica beati Petri apostoli *P.*
LIIII. Hormisdas: apud beatum Petrum *FK*, in basilica beati Petri apostoli *P.*
LV. Iohannes I: corpus translatum de Ravenna et sepultus est in basilica beati Petri apostoli.
LVI. Felix IIII: in basilica beati Petri apostoli.
LVII. Bonifatius II: in basilica beati Petri apostoli.
LVIII. Iohannes II: in basilica beati Petri apostoli.
LVIIII. Agapitus: translatum in basilicam beati Petri apostoli.
LX. Silverius: sepultus in eodem loco (in Pontiis).
LXI. Vigilius: corpus ductus est Romam, sepultus ad sanctum Marcellum via Salaria (in cymiterio Priscillae *add.* E^1).
LXII. Pelagius I: in basilica beati Petri apostoli.
LXIII. Iohannes III: in basilica beati Petri apostoli.
LXIIII. Benedictus II: in basilica beati Petri apostoli in secretarium.
LXV. Pelagius II: ad beatum Petrum apostolum.
LXVI. Gregorius I: in basilica beati Petri apostoli (ad beatum Petrum apostolum *I*) ante secretarium.
LXVII. Sabinianus: in ecclesia beati Petri apostoli.
LXVIII. Bonifatius III: in ecclesia beati Petri apostoli.

LXVIIII. Bonifatius IIII: ad beatum Petrum apostolum.
LXX. Deusdedit: ad beatum Petrum apostolum.
LXXI. Bonifatius V: ad beatum Petrum apostolum.
LXXII. Honorius: ad beatum Petrum apostolum $KGE^{4\cdot6}$, in basilica beati Petri apostoli C^3E^1, ubi supra *I. II (interpolator videtur verba* 171, 4 ubi requiescit *rettulisse ad Honorium)*
LXXIII. Severinus: ad beatum Petrum apostolum.
LXXIIII. Iohannes IIII: ad beatum Petrum apostolum.
LXXV. Theodorus: ad beatum Petrum apostolum.
LXXVI. Martinus I: ibidem (Cersonae) vitam finiuit (sepultus in basilica sanctae Mariae semper virginis *add. K*).
LXXVII. Eugenius I: ad beatum Petrum apostolum (in basilica beati Petri *K*).
LXXVIII. Vitalianus: ad beatum Petrum apostolum.
LXXVIIII. Adeodatus: ad beatum Petrum apostolum.
LXXX. Donus: ad beatum Petrum apostolum.
LXXXI. Agatho: ad beatum Petrum apostolum.
LXXXII. Leo II: ad beatum Petrum apostolum.
LXXXIII. Benedictus II: ad beatum Petrum apostolum.
LXXXIIII. Iohannes V: ad beatum Petrum apostolum.
LXXXV. Conon: ad beatum Petrum apostolum.
LXXXVI. Sergius: in basilica beati Petri apostoli.
LXXXVII. Iohannes VI: ad beatum Petrum apostolum *II, III, om. I.*
LXXXVIII. Iohannes VII: ad beatum Petrum apostolum ante altare sanctae dei genetricis $B^{2\cdot3\cdot4}E^{1\cdot6}$, *om. reliqui.*
LXXXVIIII. Sisinnius: ad beatum Petrum apostolum $B^{2\cdot3\cdot4}E^{1\cdot6}$, *om. reliqui.*
XC. Constantinus: ad beatum Petrum apostolum $B^{2\cdot3\cdot4}E^{1\cdot6\cdot7}$, *om. reliqui.*

Differt laterculus in libris *PE* servatus a Pontificali in his:

	Pontif.	*lat. sep.*
III. Clemens	in Grecias	in Portu in mari
XII. Anicetus	in Vaticano *FK*	in cymiterio Callisti *cum P*
XIII. Soter	in Vaticano *FK*	in cymiterio Callisti *cum P*
XVIII. Urbanus	in cym. Praetextati via Appia	in mil. VI via Nomentana
XXII. Cornelius	iuxta cymiterium Callisti	via Aurelia
XXVI. Dionysius	in cymiterio Callisti	via Aurelia
XXXVII. Liberius	via Salaria in cymiterio Priscillae	ad sanctam Felicitatem via Salaria
LXI. Vigilius	ad sanctum Marcellum via Salaria	in cymiterio Priscillae via Salaria

Laterculus sepulcrorum quamquam libri pontificalis secundae quoque editionis terminos excedit adeoque in episcopis 12. 13 mutatus sit necesse est ad Pontificalis editionem posteriorem, quacum traditur, nihilominus tantum abest, ut ex Pontificali excerptus sit, ut verisimile sit eiusmodi indicis exemplar, scilicet emendatius nostris, primo Pontificalis auctori praesto fuisse eumque sepulturarum locos inde hausisse. Nam de sepulturis Alexandri et Urbani traduntur haec:

Pontif.	*tab. sep.*	*martyrol. Hieron.*
Alexander via Nomentana mil. VII	in miliario VI via Nomentana Alexander	*Mai. 3:* Romae natale Eventi Alexandri Theodoli [1]).
Urbanus in cymiterio Praetextati via Appia	[in cimiterio Praetextati] Urbanus	*Mai. 25:* via Nomentana mil. VIII natale Urbani episcopi in cymiterio Praetextati.

[1]) Liber Bernensis interpolatus post *Romae* inserit verba *via Nomentana mil. VII,* post *natale* verba *sanctorum Iuvenalis.*

Auctor martyrologii cum Urbanum scribat sepultum esse *via Nomentana in cymiterio Praetextati,* erravit; id enim coemeterium situm est ad Appiam. Erroris originem sagaciter Duchesnius inde explicavit, quod tabulam sepulcralem ante oculos habuit, qualem nos supra eam dedimus [1]), verba *via Nomentana* ad solum Alexandrum pertinentia item trahens ad eum qui sequitur Urbanum. Colligitur inde tabulam sepulturarum antiquissimam esse, utpote adhibitam ab auctore martyrologii ita, ut nos id habemus, compilato a. 627/8. Itaque non tabulae auctor Pontificalem, sed, ut supra (p. XI) diximus, Pontificalis tabulam eamque in Urbano plenam expilavit.

II. DIES DEPOSITIONVM.

I. Petrus: III k. Iul.
II. Linus: VIIII (uiii FB^1) k. Oct.
III. Cletus: VI (uii A^1) k. Mai.
IV. Clemens: VIII (uiiii FK) k. Dec.
V. Anencletus: III id. Iul.
VI. Euaristus: VI k. Nov.
VII. Alexander: V non. Mai.
VIII. Xystus I: III non. (ui non. F, uiii id. K^1, uii id. K^2) Apr.
IX. Telesphor: IIII non. Ian.
X. Hyginus: III id. Ian.
XI. Pius: V id. Iul.
XII. Anicetus: XII k. Mai.
XIII. Soter: X k. Mai. (iun. A^1).
XIV. Eleuther: VIIII (uiii $F^{1.3}$, uii F^2C^3BE) k. Iun.
XV. Victor: V k. Aug.
XVI. Zephyrinus: VIII (uii BE) k. Sept.
XVII. Callistus I: prid. id. Oct.
XVIII. Urbanus: XIIII k. Iun. (uiii k. Iun. $E^{1.6}$, *om.* $B^{2.3.4}$).
XVIIII. Pontianus: III k. Nov. *(cf. adn.).*
XX. Anteros: III non. Ian.
XXI. Fabianus: XIII (xiiii $F^{1.2}B$) k. Febr.
XXII. Cornelius: XVIII k. Oct.
XXIII. Lucius: VIII k. Sept. *(immo* III non. Mart.; *cf. Rossi Rom. sott. 2, 62).*
XXIIII. Stephanus I: IIII non. Aug.
XXV. Xystus II: VIII id. Aug.
XXVI. Dionysius: VI k. Ian.
XXVII. Felix I: III k. Iun.
XXVIII. Eutychianus: VIII k. Aug. *(immo* VI id. Dec.; *cf. Rossi Rom. sott. 2, 71).*
XXVIIII. Gaius: X k. Mai.
XXX. Marcellinus: XVIII k. Febr. *(vide supra p. LIV).*
XXXI. Marcellus: *(vide supra p. LIV).*
XXXII. Eusebius: *(vide supra p. LIV).*
XXXIII. Miltiades: IIII id. Dec.
XXXIIII. Silvester: prid. k. Ian.
XXXV. Marcus: prid. non. Oct.
XXXVI. Iulius: prid. id. Apr.

[1]) Exemplar ad martyrologium adhibitum non hiabat, ut nescio quomodo sibi persuasit Duchesnius, sed e contrario nostro plenius erat, a quo abest cymiterium Praetextati a martyrologii auctore ex tabula adsumptum.

XXXVII. Liberius: V id. Sept. (uiii k. mai. *II. III*).
XXXVIII. Felix II: XVII (xii *II. III*) k. Dec.
XXXVIIII. Damasus: III id. Dec.
XL. Siricius: VIII k. Mart. (mai. *I*).
XLI. Anastasius I: V k. Mai.
XLII. Innocentius I: V k. Iul. *(sic FK,* aug. *P).*
XLIII. Zosimus: VII k. Ian.
XLIIII. Bonifatius I: VIII k. Nov.
XLV. Caelestinus: VIII id. Apr.
XLVI. Xystus III —.
XLVII. Leo I: III id. Apr.
XLVIII. Hilarus —.
XLVIIII. Simplicius: VI non. Mart.
L. Felix III —.
LI. Gelasius: XI k. Dec.
LII. Anastasius II: XIII k. Dec.
LIII. Symmachus: XIIII k. Aug.
LIIII. Hormisdas: VIII id. Aug.
LV. Iohannes I: VI k. Iun.
LVI. Felix IIII: IIII id. Oct.
LVII. Bonifatius II: XVII m. Oct. *(alii aliter, om.* GE^6*).*
LVIII. Iohannes II: VI k. Iun.
LVIIII. Agapitus: XII k. Oct.
LX. Silverius: XII k. Iul.
LXI. Vigilius —.
LXII. Pelagius I: *om.* A^1GE^6, II m. Mart. $C^3E^{1.5}$, VI non. Mart. $B^{2.3.4}$, *locis diversis, ut item in sequentibus:* $B^{2.3.4}$ *solent adiungere diem depositionis ad eius locum, id quod rei convenit, sed in optimo libro* B^4 *ad Sabinianum dies primum scriptus fuit in fine vitae, deinde ibi deletus est et insertus loco apto.*
LXIII. Iohannes III: *om.* GE^6, XIII m. Iul. $A^{1.2}C^3E^1$, III id. Iul. $B^{2.3.4}$: *codices ii quoque qui consentiunt diem passim collocant locis diversis, additionis ita prae se ferentes vestigia certa.*
LXIIII. Benedictus I: *om.* GE^6, XXX m. Iul. $A^{1.2}C^3E^1$, prid. k. Aug. $B^{2.3.4}$.
LXV. Pelagius II: *om.* GE^6, VII (iiii C^3) m. Febr. $A^{1.2}C^3E^1$, VII id. Febr. $B^{2.3.4}$.
LXVI. Gregorius I: XII m. Mart. $A^{1.2}C^3E^1GE^6$, III id. Mart. $B^{2.3.4}$.
LXVII. Sabinianus: *om.* GE^6, XXII m. Febr. $A^{1.2}C^3E^{1.5}$, VI k. Mart. $B^{2.3.4}$.
LXVIII. Bonifatius III: *om.* GE^6, XII m. Nov. $A^{1.2}C^3E^1$, prid. id. Nov. $B^{2.3.4}$.
LXVIIII. Bonifatius IIII: *om.* GE^6, XXV m. Mai. $A^{1.2}C^3E^{1.5}$, VIII k. Iun. $B^{2.3.4}$.
LXX. Deusdedit: *om.* GE^6, VIII m. Nov. $A^{1.2}C^3E^1$, VI id. Nov. $B^{2.3.4}$.
LXXI. Bonifatius V: *om.* G, XXV m. Oct. $A^{1.2}C^3E^{1.6}$, VIII k. Nov. $B^{2.3.4}$.
LXXII. Honorius: IIII id. Oct.
LXXIII. Severinus: IIII non. Aug.
LXXIIII. Iohannes IIII: IIII id. Oct., *om.* GE^6
LXXV. Theodorus: prid. id. Mai.
LXXVI. Martinus I: XVII m. Sept. $A^{1.2}C^3GE^{1.5.6}$, XV k. Oct. $B^{2.3.4}$.
LXXVII. Eugenius I: IIII non. Iun.
LXXVIII. Vitalianus: VI k. Febr.
LXXVIIII. Adeodatus: VI k. Iul.
LXXX. Donus: IIII (iii *II*) id. Apr.
LXXXI. Agatho: IIII id. Ian.

LXXXII. Leo II: V non. Iul.
LXXXIII. Benedictus II: VIII id. Mai.
LXXXIIII. Iohannes V: II m. Aug.
LXXXV. Conon: XXI m. Sept.
LXXXVI. Sergius I: VI id. Sept. ind. XIIII Tiberio Augusto *omnes.*
LXXXVII. Iohannes VI: sub die (II m. Aug. *add.* B^{4c}) ind. III Tiberio Augusto regnante $C^3B^{2.3.4}E^5$, *om.* $A^1GE^{1.6}$.
LXXXVIII. Iohannes VII: XV k. Nov. ind. VI sub Iustiniano (iustino $B^{2.3.4}$) $B^{2.3.4}E^{1.6}$, *om.* A^1C^3G.
LXXXVIIII. Sisinnius: sub die *(sic)* ind. VI Iustiniano Aug. E^1, VIII id. Nov. $B^{2.3.4}$, *om.* $A^1C^3GE^6$.
XC. Constantinus: VI id. Ian. $B^{2.3.4}$, V id. Apr. ind. XIII (ind. xiii *om.* E^6) Anastasio Aug. $E^{1.6.7}$, *om.* A^1C^3G.

CAPVT QVINTVM.

CODICVM RECENSVS.

EPITOME FELICIANA.

Epitome Feliciana (Duchesne p. XLIX seq.) quae hodie dici solet propterea quod finit in episcopo Felice IIII († 530) servata est cum sylloge canonum Sanctimauriana formata secundum ea, quae de hac diligenter exposuit Maassen (*Quellen des kanon. Rechts* 1, 613 seq.), in Gallia et in ea quidem parte, ut observavit Duchesne (p. LII), quae Hispaniae propior est, saeculo autem sexto medio, cum inter ea quae ab origine comprehendit, novissima sint decreta concilii Aurelianensis quinti a. 549. Denuo edita est aucta saeculo eodem exeunte, adiectis decretis concilii Toletani V a. 589 et Romani a. 595. Ipsa sylloge inscripta est sic: *in dei nomine continentur in hoc libro canones seu regulae ecclesiasticae diversarum provinciarum Grecorum atque Latinorum epistolae decretales.* Praecedunt eam (sub inscriptione *prefacio conciliorum*) epigramma quod incipit *concilium sacrum venerandi culmina iuris condidit,* proprie autem pertinet ad concilium Nicaenum (Maassen 1, 45), et commentarii tres non comprehensi sylloge ipsa, sed ad usum eius accommodati, liber pontificalis breviatus inscriptione neque ante epistulas praefatorias neque post eas adiecta et catalogi duo episcopiorum Galliae et provinciarum imperii Romani (chron. min. vol. 1 p. 564. 573). Epitomae libri Pontificalis post dictas epistulas praefatorias insertus est index paparum[1]) spatiis non adscriptis in tribus libris pariliter perveniens ad Pelagium II (579—590), subiuncta continuatio episcoporum inde a Felice IIII (vide supra p. XXXII) numeros (LVII—LXVIII) et nomina et spatia enuntians deducta ad eundem Pelagium II[2]), scripta igitur sedente Gregorio I (590—604). Itaque aut qui syllogen Sanctimaurianam ordinavit c. a. 549 pontificalis libri exemplari usus est finiente in Felice IIII, quae opinio est Duchesnii, aut, quae mea est opinio supra p. XIII seq. comprobata, librarius aliquis posterior nactus Pontificalis editionis prioris exemplar selecta inde corpori Sanctimauriano adiecit quae ad id illustrandum utilia essent parte posteriore abiecta. Ad exemplar illud Pontificalis

[1]) Absunt ab indice eo Anacletus et Marcellinus. [2]) Quod huic continuationi subscribitur: *a beato Petro usque nunc fiunt anni CCCCXLIIII et menses VII* (*ui* F^2) *excepto intervallus* (*-los* F^2) *episcopati* profectum sit necesse est ex spatiorum numeris corruptis et fortasse praeterea ex erronea librarii computatione.

voluminis si liceret revocare indicem paparum deductum ad Pelagium II, colligeremus Pontificalis exemplar ab epitomatore adhibitum esse scriptum sedente Gregorio I. Sed non licet; nam laterculus prior cum non habeat Anencletum et Marcellinum, non derivatus est ex libro Pontificali et aliunde accesserit necesse est, neque inde quicquam colligitur, quod faciat ad libri Pontificalis originem determinandam. Remanserunt haec fortasse ex additamentis adiectis ad corporis Sanctimauriani editionem secundam factam, ut vidimus, sedente Gregorio I, quorum partem maiorem abiecit auctor Felicianus substituto libro Pontificali compendiato.

Codices epitomae Felicianae supersunt tres.

F^1 Parisinus 1451 scr. saec. VIII extremo (Maassen l. c. et *Sitzungsberichte der Wiener Akademie* [bibl. Lat. iur. can. ms.] vol. 54 a. 1866 p. 173; Duch. p. XLIX cum tabula 1, 2), aliquando abbatiae sancti Mauri Fossatensis prope Parisios. Quo tempore scriptus sit, intellegitur tam ex indice paparum cum spatiis perscripto f. 6′ finiente in Hadriano I adiecto manu secunda nomine Leonis, scripto igitur sedente Leone III (795—816) quam ex computo ei subiuncto (ed. eum Maassen l. c. et Duchesne l. c., ubi corrige *duo milia CCXL* pro *duo milia CCLX*) finiente sic: *de apostolato iam facto Christi martyris Marcellini usque tempus* (non *usque ad tempus*) *gloriosissimi domni Karoli regis XXV anni regni eius, hoc est usque VIII kal. April.* (a. 793 Mart. 25) *sunt anni CCCCXC et menses tres.* Codex habet syllogen canonum eam de qua agitur; in ea quid contineatur et quae praeterea in codice sint a sylloge aliena accurate descripta a Maasseno, hoc loco praeteriri potuerunt.

F^2 Vaticanus reginae 1127 saec. IX (Duch. p. L) antea abbatiae sancti Eparchii Engolismensis (Angoulème) praecedenti simillimus, nisi quod paparum index finit in Paschali I (817—824).

F^3 Bernensis 225 saec. IX (Duch. p. LI) etsi syllogen canonum non exhibet, sed solum librum pontificalem breviatum, descriptus sit necesse est ex codice aliquo duobus praecedentibus simili, cum index paparum epitomae insertus hic quoque finiat in Pelagio II. Ipsa epitome desinit in Liberio verbis p. 78, 13 = 249, 3 *cimiterio sanctae agnen ubi sedebat* non mutilus, sed ut versu vacuo interposito sequatur Hieronymi commentarius de viris illustribus in fine imperfectus. Quod conicit Duchesnius librarium consulto omisisse partem epitomae posteriorem, ut eiusdem temporis notitias coniungeret, non explicat, cur in media sententia vita Liberii abrumpatur; immo credendum est librarii archetypum mutilum non habuisse nisi syllogae principium.

Quo loco et quo tempore epitome Feliciana facta sit, parum constat. Corpus Sanctimaurianum vidimus supra conditum esse in Gallia saeculo VI medio, recognitum sub eius finem; sed, ut antea monuimus, verisimile est epitomen non ab ipso corporis conditore proficisci, sed postea demum ei adiectam esse. Id factum esse in Gallia ante saeculum nonum ex codicum condicione cum appareat, ulterius progredi non potuimus.

Duo libri pleni Parisinus et Vaticanus ita consentiunt etiam in pusillis erroribus, ut dubium non sit utrumque descriptum esse ex archetypo eodem, sed ita, ut modo hic modo ille id fidelius repraesentet. Scilicet Parisinus praestat Vaticano inter alios locis his:

86, 17 xxxii] F^1, xxii F^2 *(sic)*
86, 18 salaria] F^1, salutaria F^2
107, 1 sardus] F^1, sacerdos F^2
112, 12 ad sanctum petrum et ad sanctum paulum *om.* F^2
121, 2 symmachus] F^1, *om.* F^2

Numeros fere unione uno librarius imminuit, scribens *V* pro *VI*, *VI* pro *VII* et sic deinceps. — E contrario Vaticanus praestat Parisino locis qui sequuntur:

11, 1 ex patre] ex atre F^2, extare F^1

47, 2 uolusiani . . . constantio et volusiano] F^2, uolusiano *(rel. om.)* F^1
74, 1 diac. ui *om.* F^1
78, 18 praediolo] F^2, praesidiolo (*non* pridiolo) F^1
134, 12 ad gladio perderet] a gladio perderit F^2, gladio perderet F^1

Recedit ab utroque Bernensis, casu tantummodo consentiens in hiatu 47, 2 cum Parisino et recedit ita, ut quamquam naevis sibi propriis non caret, saepius praestet ambobus consentientibus:

8, 7 in pace iii id. iul.] F^3, *om.* $F^{1.2}$
11, 9 cum formata] conformata F^3, confirmata $F^{1.2}$
12, 3 ante pascha] F^3 *cum I. II. III*, paschae $F^{1.2}$ *cum K*
20, 14 uiii k. sept.] F^3 *cum reliquis, om.* $F^{1.2}$
42, 8 via salaria] F^3, uia saltaria F^1, uia salutaria F^2

Exemplaria libri Pontificalis non epitomati Parisinum 5516 = D^1 et Leidense Vulcanii 58 = D^2, item Crabbianum editum infra videbimus quaedam adscivisse aut adhibitis exemplaribus tam Felicianae epitomae quam Cononianae aut, quod magis crediderim, adhibito exemplari epitomae maioris eius, ex qua duae illae fluxerunt, pauca tamen neque per se utilia. Denique interpolatio notabilis 18, 6 *sicut Pius* pro antiqua lectione *sicut Eleuther* praeter epitomen Felicianam item reperta est in epitoma Pontificalis facta ad classem secundam nobis *N*.

Edita est epitome Feliciana primum ab Henschenio et Papebrokio in actis sanctorum Apr. vol. 1 (1675) in praemissis p. IV—XXXVI ad codicem Vaticanum; deinde a Schelestratio ant. eccl. 1 (1692) p. 402—496 ad codicem Parisinum; nuper Bernensis quae habet, diligentia nimia omnino et incommoda expressa sunt a Lipsio (*Chronologie der römischen Bischöfe* a. 1869 p. 269—277). Nos eam dedimus et coniunctam p. 229—262 sine apparatu et cum apparatu insertam ipsi Pontificali.

EPITOME CONONIANA.

Libri Pontificalis epitome altera (Waitz *neues Archiv* 9, 459; Duch. p. LIV sq.) finiens, reiectis quae in duobus codicibus eam habentibus subiuncta sunt additamentis, in Conone († 687) indeque appellata ita traditur, ut codices qui eam servarunt nullam suspicionem iniciant comprehensam eam fuisse in corpore aliquo maiore. Post praefatorias epistulas (quas habet codex Veronensis solus) index paparum nullus reperitur; inscriptio eadem est in libro utroque *incipit ordo episcoporum Romae.*

Libri eam epitomen servarunt duo hi:

Veronensis bibliothecae capitularis LII (50) saec. VIII exeuntis vel incipientis IX (dixit de eo post alios Traubius in actis Monac. maioribus cl. hist. vol. 21 p. 659 adiecta tabula). Praecedunt epitomen, quae volumen claudit, inter alia itinerarium Hierosolymitanum (*revue archéologique* ser. 2 vol. 10 a. 1864 p. 98), notitia episcopiorum Gallicorum (chr. min. 1, 563), epistulae duae subditiciae Damasi et Hieronymi de psalmis cantandis (Hieronymi opp. vol. 11 p. 275 seq. Vallars.). Continuatio infra edita finit in Paulo I (757—767), sed mutila deperdito folio extremo. K^2

Parisinus 2123 saec. IX (Duchesnius vol. 1 p. LIV cum tabula 1, 1). Praecedunt excerpta ex patrum scriptis conciliorumque decretis ea, de quibus egit Maassen act. acad. Vindobonensis (= bibl. Lat. iur. can. ms.) vol. 54 (1866) p. 213 seq.; sequuntur notitiae provinciarum imperii Romani et episcopiorum Galliae (chr. min. 1, 570) et formulae Flaviniacenses (in formularum ed. curata a Zeumero p. 469 seq.) aliaque plura, in his computatio deducta ad obitum Caroli magni; quacum convenit, quod continuatio, quam infra proponimus, finit in Hadriano I adiecto spatio. Codex igitur scriptus est sedente Leone III (795—816). Formularum corpus illud cum constet compilatum esse in mo- K^1

nasterio sancti Praeiecti Flaviniacensi dioecesis Augustodunensis in ducatu Burgundiae (Zeumer l. c.), codex autem hodie Parisinus ex ipso archetypo descriptus esse videatur (egit idem Zeumer de codice simili Lindenbrogiano, hodie Havniensi *neues Archiv* 14, 589), non absimile veri est hunc quoque codicem scriptum esse ibidem.

Parisinus 16982 (Duch. p. LV) descriptus est ex Parisino 2123.

Accedunt tertio loco, quae ex epitoma ea (ut vidit Duchesnius) excerpsit qui scripsit chronica Bedanis superstructa finientia in a. 741, de quorum parte priore dixi ego chron. min. vol. 3 p. 237—239. 334—340, posteriorem edidit Waitz MG. SS. 13, 1 seq. Chronica ea, servata potissimum codicibus tribus Leidensi Scaligeri n. 28 et Parisino *now. acq.* 1615 et Monacensi n. 246, proponunt excerpta ex libro pontificali non in tribus libris eadem omnia, minore numero in Parisino, plura in Leidensi et Monacensi, sed ut nihilominus omnia proficisci videantur a compilatore eodem, certe redeant omnia ad epitomen Cononianam. Sunt autem haec potissimum:

ex vita Silvestri p. 248. 249: *ingressus Romam a Silvestro papa baptizatus* Monac.

ex vita Liberii p. 244: *hic exilio deputatur* (non *deportatur*) . . . *anni III. tunc Constantius . . . revocaverunt Liberium. in Romam ingressus . . . haberent introitum* Monac.

ex vita Felicis II p. 249: *Liberio defuncto Felix in episcopato succedit qui declaravit . . . hic martyrio coronatur* Monac.

ex vita Xysti III p. 252: *iuxta macellum Libiae* Monac.

ex eadem p. 252: *huius temporibus . . . Valentinianus Augustus* Monac.

ex vita Leonis I p. 253: *ambulavit . . . totam Italiam* Monac.

ex eadem p. 253: *post quod bellum beatus Leo papa ministeria Romane ecclesiae renovavit* Monac.

ex vita Vitaliani p. 186, 10: *die V mens. Iul. omnia que erant in aere . . . numquam aliquando fuerunt* Paris. Leid. Monac.

ex vita Adeodati p. 190, 13: *sed et aere . . . Alexandriam reversi sunt* Paris. Leid. Monac.

ex vita Agathonis p. 197, 16: *ea vero hora . . . expulse sunt* Paris. Leid. Monac.

Ita cum perveniant ad Agathonem, verisimile est exemplum epitomae a compilatore adhibitum et ipsum in Conone finivisse. Quo tempore compilator scripserit, ambigitur propterea quod in calculis Bedanis ab ipso receptis in duobus libris Leidensi et Parisino (Monacensis hanc partem non habet) pro Bedae anno substitutus est a. 800/1; sed et in chronicis (l. c. p. 239) et in ephemeride nostra (*neues Archiv* 22, 548 seq.) ostendi eam immutationem ad librarium aliquem posteriorem referendam esse itaque compilatorem ipsum vere scripsisse c. a. 741. Hoc extra dubium est scripsisse eum in dioecesi Augustodunensi, fortasse in monasterio Flaviniacensi.

Propter nexum qui intercedit inter epitomen Cononianam et libros duos Parisinum 5516 = D^1 et Leidensem Vulcanii 58 = D^2 vide supra p. LXXI adnotata.

Pendent duo libri epitomae ab archetypo, in quo continuabatur ad Hadrianum I; nam post vitae Cononis epitomen prolixam brevissimae adnotationes sequuntur in libro utroque eae, quas subiecimus.

LXXXVI. Sergius natione Syrus sedit ann. XIIII (XIII *Par.*) mens. VIII dies XXIII. *vacat spatium in Veronensi.*

LXXXVII. Iohannes (-nis *Par.*) natione Grecus de Pladon̄ sedit ann. III mens. II dies XII. cessavit episcopatus mens. I dies XVIII.

LXXXVIII. item Iohannes natione Grecus sedit ann. II mens. VIII dies XVII (mens. ui et *omissis mediis Par.*), cessavit episcopatus menses III. *vacat spatium in Veronensi.*

LXXXVIIII. Sisinnius natione Syrus sedit dies XX. cessavit episcopatus mens. I dies XXVIII.

XC. Constantinus natione Syrus sedit ann. VII dies XV. cessavit episcopatus dies XL. primo anno pontificato (-tus *Par.*) eius inplentur anni CL de repetito (repidito *Par.*) ciclo Victorii (uicturii *Par.*) indictione VII anno primo Tiberio imperante cum Iustiano (iustiniano *Par.*) patre.

XCI. Gregorius natione Romanus sedit ann. XVI mens. VII dies XXIIII. et cessavit episcopatus dies XXXV.

vacat spatium in Veronensi.

XCII. Gregorius natione Romanus sedit ann. X mens. X dies VIIII. cessavit episcopatus dies XI.

vacat spatium in Veronensi.

XCIII. Zacharias natione Grecus sedit ann. X mens. III dies XIIII. cessavit episcopatus dies XII.

solum papae nomen dignoscitur in Veronensi, ubi deinde vacat spatium.

XCIIII. Stephanus natione Grecus sedit ann. V mens. I dies XXV. et cessavit episcopatus dies L.

solum papae nomen dignoscitur in Veronensi, ubi deinde vacat spatium.

XCV. Paulus sedit ann. XI in anno XI Pippino rege indictione XV.

(solus papae nomen dignoscitur in Veronensi, qui hic deficit mutilus).

XCVI. Constantinus sedit anno uno.

XCVII. Stephanus sedit ann. III mens. V dies XXVII.

XCVIII. Adrianus sedit ann. XXV mens. V.

Tam tenor ipse indicis quam spatia in Veronensi libro ita relicta, ut appareat librarium ea destinasse habentibus pleniorem horum episcoporum notitiam explenda, declarant haec non proficisci ab archetypo eo, quod epitomae auctor in compendium redegit, sed adiecta esse aliunde a librario posteriore.

Duo libri Veronensis K^2 et Parisinus K^1 sese explent invicem et emendant:

1, 1 seq. *praefatorias epistulas habet K^2 solus*
27, 6 fideliter] K^1 *cum reliquis,* fideliter filiciter K^2
38, 4 carino] K^1 *cum reliquis,* marino K^2
62, 22 sanctae martyris agnis] K^1 *cum reliquis,* sanctae m. iohannis K^2
73, 4 hostensis qui consecrat episcopum *om.* K^2
84, 3 a XLIIII] a xuiiii K^1, ccxuiiii K^2
92, 14 a lii] K^1, cclii K^2
96, 7 a lui] K^1, cclui K^2
139, 2 regis . . . . catholici *om.* K^2
162, 10 sepultus . . . . secretarium *om.* K^1
197, 16 abstolli . . . . orarium *om.* K^1

Quo tempore et quo loco scripta sit epitome Cononiana si quaerimus, cogitavit Waitzius (*neues Archiv* 9, 461) de Gallia et de a. 762 propterea quod adnotatur in libro Parisino deficiente hoc loco altero ad Paulum: *in anno XI Pippino rege indictione XV;* sed postquam Duchesnius ostendit chronicorum scriptorum a. 741 auctorem hac epitoma usum esse, reicimur ad epocham anteriorem, quamquam non multo vetustiorem esse epitomen probabile est. Infra enim ubi agetur de libri pontificalis ordine interpolato, epitomatorem demonstrabimus praeter exemplar pertinens ad eius recensionem priorem adhibuisse alterum posterioris pertinens ad recensionem interpolatam, quae vix credi potest extitisse ante prima decennia saeculi octavi. — Ad locum originis quod attinet, continuatio supra edita cum mentionem faciat cycli Victoriani et regis Pippini, ea Gallica sit necesse est ducuntque, ut supra diximus, et alterius libri indicia et chronica a. 741

ad Burgundiam et monasterium quidem Flaviniacense dioecesis Augustodunensis. Ipsam epitomen origine Gallicam esse quamquam demonstrari non potest, certe ante a. 741 in Galliam pervenit, neque habemus testem libri Pontificalis extra Italiam usurpati hoc tempore anteriorem.

Ediderunt epitomen Cononianam Ios. Bianchini Francisci fratris filius in Anastasii q. d. vol. IV (1735) p. I—XII ad librum Veronensem, deinde ad librum utrumque Duchesnius. Nos partem anteriorem, quatenus pervenit Feliciana, edidimus una cum hac coniunctam p. 229—263 sine apparatu, integram cum apparatu una cum Pontificali integro.

CODICVM PLENORVM CLASSIS PRIMA.

A[1] *coll.* Lucensis bibliothecae capitularis 490 saec. VIII ex. (Duch. p. CLXIV seq.) scriptus omnino ibi, ut infra apparebit, ubi adhuc servatur. Contuli ipse Romae missum eo intercedentibus iis qui praesunt bibliothecae Vaticanae. Adhibuerunt librum Vignolius in addendis voluminis tertii, Dom. Mansi, Bianchinius (cod. Vallicell. Bianchinianorum *D*), denique nuper Duchesnius diligentissime, hunc librum omnium hodie superstitum primarium esse recto iudicio adsecutus[1]). Codex inter historicos singularis et multifariam utilis[2]) exaratus est a librariis compluribus et omnino temporibus diversis sub

[1]) Errores rari sunt, ut 21, 1 Duchesnius ait *regionem* abesse a codice, cum adsit, et 47, 11 contendens legi *diocletianas*, cum in codice sit *domitianas*. Haec mea editio ita facta est, ut quae de codice affert Duchesnius omnia ad ipsum recognoscerentur. [2]) Quae praeterea libro continentur primario et antiquissimo, enarrare placuit habita ratione eorum quae de codice hoc scripserunt Mabillon (mus. Ital. 1, 1 a. 1724 p. 186), Ioh. Dom. Mansi (*raccolta Calogerà* vol. 45 Venetiis 1751 p. 71 seq.), Bethmannus (*Archiv* 12, 704), Ewaldus (*neues Archiv* 3, 342), Waitz (*neues Archiv* 10, 456), denique Duchesnius. Foliorum numeri nuper adscripti sunt. Quaterniones primi XXIV numeros habent habueruntve in foliis extremis adiectos non a librariis, sed ab emendatore saeculi fortasse XI; reliqui hisce numeris carent.

(f. 1 adiectum est a bibliopega.)

1. f. 2—9 [q. I], f. 10—17 q. II, f. 18—25 q. III, f. 26—30 [q. IV] chronica Hieronymi: incipiunt omissis praefationibus *primus omnis Asiae*, finiunt *suspicionem acceptae pecuniae intulerit* (Abr. 2389, *e* Schoene). Adscriptum est in fine: *a resurrectione domini nostri Iesu Christi usque ad presens annum Caroli regis in Langubardiam in mense Septembrio, quando sol eglypsin [796 Sept. 6] patuit, in indictione X anni sunt DCCLXII m. V.* — In foliis 30. 31 spatia primum vacua relicta post tempus expleta sunt *ant(iphonario) per anni circulum.*
2. f. 32—35[r] (35′ vacat) q. V Isidori chronica edita in chronicis minoribus meis hoc codice (vol. 2 p. 396) adhibito.
3. f. 36—39 q. V, f. 40—47 q. VI, f. 48 q. VII f. 1 Isidori liber de officiis ecclesiasticis.
4. f. 49—132′ q. VII f. 2 — [ternio XVII] historia ecclesiastica Eusebii a Rufino versa. Incipit *peritorum dicunt esse medicorum*, finit *praemia meritorum.* Quaterniones historiae ecclesiasticae habent praeterea numeros proprios, sed iis qui ad universum volumen pertinent posteriores. — In ternionis XVII foliis duobus extremis 132 fin. et 133 a primo librario vacuis relictis, item in tribus foliis postea insertis hodie f. 134. 135. 136 a manu posteriore adscriptum est *rescriptum beati Gregorii ad Augustinum episcopum* (Gregorii magni ep. 11, 64 = 56[a]).

[5. q. XVIII—XXI Hieronymi et Gennadii commentarii de viris illustribus, quorum mentionem facit Mansius l. c. p. 90 adlatis variis lectionibus quibusdam et clausula libelli Hieronymiani hac: *et epistola ad Dextrum suprascripta contuli explicit*, post Mansium avulsa sunt furto.]

6. f. 137—160 q. XXII—XXIIII liber pontificalis ad Constantinum, de quo in textu diximus. Prima pagina ita detrita est, ut haec pars codicis primitus proprium volumen effecisse videatur.
7. f. 161—169 q. I (novem foliorum inserto f. singulari 163), f. 170—177 q. II, f. 178—182 resecto folio ultimo et propterea quaternionis nota destitutus, quae notae ab ipso commentarii scriptore profectae sunt, pontificale volumen continuant vitas habentes Gregoriorum II (numero praescripto XCI) et III, Zachariae, Stephani II (numero praescripto XCIIII; † 757) scriptas litteris quadratis a librariis pluribus. Specimen scripturae dat Duchesnius tab. III. Extrema pagina non est perscripta parte paginae vacua relicta.
8. f. 170—210[r]. Altera est continuatio pontificalis libri a Paulo ad Hadrianum I († 795). Librarii plures et ipsi omnes utuntur litteris quadratis. Specimen scripturae dant tabula nostra III, item Zangemeister et Wattenbach exempla codd. Lat. tab. 62. Papae ordinis numero carent nec

finem saeculi octavi principiumque noni; certe missa subscriptione primae partis libri pontificalis, quam supra p. XIV demonstravimus spectare ad huiusce apographi archetypum exaratum a. p. Chr. 698, chronica Hieronymiana (1) ei volumini inserta subscriptum habent a. 796, Alcuini epistula (18) excerpta inter a. 798 et 803 Pontificalis pars altera (7) scripta est sub papa Paulo (757—767), tertia (8) sub papa Leone III (795—816). Denique omissis locis postea adiectis vel insertis quidquid in volumine reperitur, quam quam formam quae nunc est a bibliopega demum accepit nec dubium est aliquas partes eius aliquando seorsum versatas esse, aptum est illis temporibus. Litteratura quoque recte iis convenit mire varians inter litteras quadratas et minusculas, id quod quatenus

---

numerantur quaterniones. Paginae paenultimae pars et ultima tota vacuae remanserunt, item f. 211; in eiusdem pagina versa postea adiecta est notitia inscripta *de fabrica in aqua.*

9. f. 212. 213 continent particulam originum Isidori 8, 3 *de eresi et scisma.*
10. f. 214. 215. 216: *regulae ecclesiasticae sanctorum apostolorum secundum Clementem prolatae.*
11. f. 217—232 tractatum inscriptum *de tictio omnium musivorum* edidit integrum ex hoc codice integro etiamtum Muratorius antiq. Ital. medii aevi vol. 2 (1739) p. 365 seq.; iam foliis quibusdam aut exsectis aut transpositis incipit *XVIII de compositione cathmiae* (Mur. p. 369). Diligenter de tractatu hoc egit Berthelot (*la chimie au moyen âge* Paris. 1893 vol. 1 p. 7 seq.). Paenultimum folium non est scriptum, in ultimo f. 232′ postea versus scripti sunt *Gregorius praesul meritis* cet. (= *Paléogr. musicale* tom. II tab. 3). Quo tempore codex scriptus est, Lucae picturam et caelaturam similesque artes praecipue floruisse periti non ignorant.
12. f. 233. 234 Gennadius *de ecclesiasticis dogmatibus* (cf. Maassen *Quellen* 1 p. 351).
13. f. 235 *ars numeri Pitacoricis* (sic) *de con et non convenientibus.*
14. f. 236—280 (quaterniones duo certe numeros habent sibi proprios I. III) canonum sylloge Sanblasiana composita in Italia saec. VI incipiente (Maassen *Quellen des kanon. Rechts* 1 p. 504), cui in codice adhaerent f. 272 Gelasii decretum *de recipiendis et non recipiendis libris* cum prologo in hoc solo codice servato (Maassen l. c. p. 283) — f. 272′. 273r *dicta Gelasii papae* (Maassen l. c. p. 285) — f. 273′ pars concilii Arausionensis secundi a. 529 (Mansi coll. 8, 712) — f. 274 Augustinus de quinque haeresibus — f. 280 eiusdem sermo *de excidio urbis.*
15. f. 282—287 tractatus de ratione paschae scriptus Carthagine a. p. Chr. 455 (Krusch *Studien zur Chronologie* p. 139. 279 seq.). In f. extremo manus posterior scripsit tabulam paschalem (Mansi in ed. Lucensi miscellaneorum Baluzii 1 p. 420).
16. f. 288—309 canonum sylloge Hispana composita c. a. 600 (Maassen l. c. p. 646 seq.).
17. f. 310—321 Iacobus *de natura rerum.* Praecedit carmen: *natura rerum varias labentis et aevi perstrinxi titulis tempora lata citis Iacob dei famulus* cet. Monuit Traubius libellum ipsum eum esse, quem sub eodem titulo Beda composuit praemissis versibus iisdem, sed pro *Iacob,* quod etiam a metro abhorret, posuit conveniens ei vocabulum suum *Beda dei famulus.* Edidit libellum ex Lucensi libro Mansius in ed. Lucensi miscellaneorum Baluzii vol. 1 p. 423.
18. f. 321—323 Alcuini ad Carolum magnum epistulae (MG. epp. 4, 237) scriptae a. 798 excerptum sumptum a Iacobo diacono, eodem omnino. Ed. Mansi l. c. — Iacobum eum, quem huius voluminis p. 310—331 scripsisse iudicat Traubius, idem probabiliter coniecit esse eius nominis virum, qui ex diacono (a. 785 seq.) et archidiacono Lucensis ecclesiae a. 803 eiusdem episcopus factus est eamque sedem tenuit ad a. 818. Egit de eo diligenter Dom. Barsocchini *mem. per l'istoria del ducato di Lucca* vol. 5 (Lucae 1844) p. 1 seq.
19. f. 324 *ordo mensuum* (ed. Mansi in ed. Lucensi miscellaneorum Baluzii 1 p. 422).
20. f. 325—331 *de divisione temporum Pleni Secundi,* scilicet Plinii h. n. 18, 31, 309—35, 365 (cf. Detlefsen mus. Rhen. 15, 268).
21. f. 332—337 (f. 337 ex parte maiore et f. 338 vacua sunt, in hoc subscr. LXVII) *Ambrosii episcopi ... de libro euangelii secundum Luca.* Incipit l. 10 c. 150: *vespere autem sabbati,* finit *in monte complures fuisse circumeuntes in multitudine.*
22. f. 339—342r capita ex Isidori originum 7, 1. *de deo,* 8, 1 *de ecclesia et sinagoga.* 8, 2 *de religione et fide.*
23. f. 342r.—346 *cura sanitatis Tiberii Caesaris Aug. et damnatio Pilati,* litteris quadratis. Edidit ad hunc librum Mansius in editione miscellaneorum Baluzii Lucensi vol. 4 (1764) p. 55—57; ego descriptum accepi a Georgio Karo. De eiusdem libelli exemplaribus aliis exposuit Tischendorf in euangeliis apocryphis (ed. 2) p. LXXXII seq. ediditque eum ibidem p. 478 seq. ad codices duos Venetum et Mediolanensem. In f. 347 postea adscriptum est caput Isidori 7, 14 *de ceteris fidelibus. Christianus, quantum interpretatio ostendit de unctione deducitur .... rebus accipi solet.*
24. f. 348—353 *genealogiae totius bibliothecae* scriptae Carthagine a. p. Chr. 463, editae in chronicis minoribus vol. 1 p. 154 seq.

ad Pontificalem pervenit diligentius explicandum est. Est is tripertitus compositus ex antiquo corpore, cui ante epistulas praescribitur: *in Christi nomine incipit episcopale,* finiente in Constantino († 715), quam partem hoc nostrum volumen repraesentat, et supplementis duobus priore finiente in Stephano II († 757), posteriore finiente in Hadriano I († 795). Supplementa haec duo cum scripta sint litteris uncialibus, ipsum corpus ut iis non plane abstinet, maiore ex parte exaratum est minusculis, sed ut aliquot elementa (id quod monstrat tabula adiecta) promiscue formentur modo ad scripturam eam, modo ad antiquiorem vestigiis servatis litteraturae cursivae. Per quaterniones tres, quibus prima haec pars pontificalis libri continetur, scriptura passim variat et etiam saepius manus mutatur. Adnotavi haec:

q. XXII f. 137^{r} finiens p. 7, 8 *sicut ei fuerat* finit librarius primus.

f. 137′ (= tab. adiecta I) incipiens l. c. *a dno* succedit manus diversa, abstinens in *E N S* minusculis, usus compendio ÷ = *est.*

f. 142 p. 75 vita Iulii scripta est in litura.

f. 144 p. 99, 29 *sciphos aureos* manus mutatur.

f. 144′ p. 103, 7 *et iterum* manus mutatur.

q. XXIII f. 145 p. 110, 7 *ad baptismum* quaternio alius incipit et manus diversa. In hoc quaternione paparum nomina initialem litteram habent miniatam.

f. 148 p. 145, 10 *qui pro nomine romano* ad f. 151^{r} fin. p. 175, 13 *mauricius* scripta sunt manu alia litteris uncialibus saepius usa.

f. 151′ (= Duchesne tab. III, 2) p. 175, 14 *quia nihil* .... p. 176, 9 *dilexit clerum* non habet nisi versus XXV scriptaque est pagina tota litteris quadratis maioribus.

f. 152 (= Duchesne tab. III, 2) p. 176, 10 *et omnibus* incipit manus usa litteris quadratis fere, sed minoribus.

f. 152′ finit p. 179, 15 *in urbe roma* parte paginae vacua relicta.

q. XXIIII f. 153^{r} p. 179, 15 *ad limina* redeunt litterae minusculae. Paparum nomina in hoc quaternione tota miniata sunt. Cum in praecedentibus fere scribatur *apostulus,* hic praevalet scriptura *apostolus.*

p. 180, 5 *pontem moluium* incipit manus alia.

f. 155 p. 196, 27 *qui respondens* succedit manus alia incipiens litteris quadratis, sed transiens statim ad minusculas.

f. 157^{r}· incipit p. 207, 1 *LXXXV Conon;* versus habet XLII.

f. 157′ incipit p. 208, 21 *suis iudicibus;* versus habet XLIV.

f. 158^{r}· incipit p. 211, 22 *incantationes;* versus habet XXXVI.

f. 158′ incipit p. 213, 8 *ianuis;* versus habet XXXVI.

f. 159^{r}· incipit p. 214, 21 *universa;* versus habet XXXIII, in his rubricam magnam.

f. 159′ incipit p. 217, 1 *sedit;* versus habet XLI.

f. 160^{r}· incipit p. 220, 8 *capitula;* versus habet XLIII.

f. 160′ (= tabula adiecta II et Duchesnii tab. II) incipit p. 223, 17 *pontifex;* versus habet L praeter subscriptionem (p. XIV) miniatam.

Iam cum supplementum prius quaternionum numeros habeat sibi proprios, intellegitur hoc (quod Duchesnio visum est L fere annis post partem anteriorem scriptum esse, Ewaldo scriptum tempore eodem) tempore praecessisse corpus ipsum vitarum; nam librarii partis primae spatiis coniectura parum recte computatis modo (ut f. 151′. 152) locis vacuis relictis vel litteris diductis, modo litteris pressis et contractis (sic f. 160) per has inaequabilitates tandem eo pervenerunt, ut nullo interstitio corpus operis ad supplementum adiungerent.

W^{1} *spec.* Vaticanus 629 saec. XI ex. (Waitz *neues Archiv* 10, 459; Duch. p. CLXIX. CLXX). Catalogi imperatorum tam Romanorum quam Constantinopolitanorum papa-

rumque (hunc edidit Vignolius vol. 1 post praefationem) volumini inserti pervenientes ad saec. XI decennium extremum eo tempore librum scriptum esse declarant. Pontificalem librarius exhibet contaminatum cum sylloge constitutionum Isidoriana: epistula pseudo-Hieronymiana praeponitur f. 125 canonibus apostolicis, hos sequitur f. 126 (post illius epistulae prima verba repetita) responsum Damasi, deinde ante papae cuiusvis constitutiones quae ei respondent in Pontificali leguntur fere sub titulo *vita vel acta .... papae*, inde a Bonifatio II, cum constitutiones deficiant, vitae solae exhibentur pervenientes ad Hadrianum I.

Florentinus Bibl. nat. I. III. 17 saec. XII (Waitz *neues Archiv* 10, 460; Duch. p. CLXIX), antea Nicolai Nicoli, deinde inlatus est in bibliothecam S. Marci. Post epistulas praescribitur *incip lib pontificalis*. Finit in Hadriano I. W^2 *spec.*

Florentinus Laurentianus Mediceus pl. XXIII cod. 4 saec. XVI (Waitz *neues Archiv* 10, 461; Duch. p. CLXX). Descriptus est ex eo qui praecedit. W^3 *spec.*

Vaticanus Urbinas 395 saec. XV ex. (Duchesne p. CLXX). Finit in Martino V. Partem anteriorem ad Stephanum II descriptam esse ex Florentino bibliothecae nationalis (nobis W^1) Duchesnius ait recte. De iis quae sequuntur cum ea provinciam nostram excedant, idem conferatur. Specimen non sumpsi.

Florentinus Riccardianus 321 saec. XV (Duch. p. CLXX). Finit in Bonifatio III († 607). Qui scripsit ipse ait duos codices se adhibuisse, post vitam Damasi, cui partem priorem tribuit, adnotans: *sequitur sine titulo de nonnullis pontificibus ex duobus antiquissimis codicibus sumptum.* Scilicet in parte priore expressit codicem Laurentianum 20, 10 (nobis P^1), deinde, certe inde a Marco, Florentinum bibl. nat. (nobis W^2) et per hunc Lucensem. Non recte Duchesnius eum inter mera huius apographa recepit. Ceterum in re evidenti variam lectionum dedi ad solam vitam Leonis I. W^4 *spec.*

Libri quattuor Vaticanus 629 = W^1 — Florentinus bibl. nat. I. III. 17 = W^2 — Florentinus Laur. 23, 4 = W^3 — Florentinus Riccardianus 321 = W^4 (hic omissa parte priore aliunde desumpta) descendunt ex ipso Lucensi, quippe quem sequantur in erratis ei propriis (ita in epistula praefatoria 1, 15 *data X* (xi W^1) *k. [iunias accepta VI] k. Oct.* omittunt verba uncis comprehensa; de W^1 errat Waitzius *neues Archiv* 10, 461) neque ullo loco emendent, excepto quantum vidi uno loco 52, 5, ubi numerum ordinationum omissum in A^1W^1 explent, loco tamen diverso, $W^{2.3}$ adsumpto opinor codice alio. Paucis locis, ubi in A^1 lectionem antiquam emendator obscuravit, ut in vita Urbani 22, 7 *alexandri,* primitivam lectionem *diocletiani* apographa servarunt. Ceterum ex A^1 descriptum esse codicem W^1, ex hoc W^2, ex W^2 rursus $W^{3.4}$ declarant et verba in quattuor his (vel deficiente W^4 in tribus) pariter omissa, ut 60, 9 *possessio armanazon* — 64, 12 ad 65, 17 (ubi pro omissis substituuntur verba *et cetera talia*) — 68, 17 *[item quod obtulit galli]canus* ad 69, 1 *sol. lui* (propterea quod principium deficit in ipso A^1) et corruptelae, quales sunt hae: $W^{1.2.3.4}$

60, 3 hybrimon A^1, hybimon W^1, hibimon $W^{2.3}$
60, 8 eufratense A^1W^1, custatense $W^{2.3}$
101, 10 cum eodem principem A^1, eodem principe W^1, idem princeps $W^{2.3.4}$
105, 6 nomen romanum A^1, noromanum W^1, non romanum $W^{2.3.4}$
150, 2 prona A^1, prompta $W^{1.2.3}$

Havniensis 1582 saec. XII (Duch. p. CLXVII) olim monasterii Albarensis prope Rusellas in Etruria, cuius instrumenta quaedam in fine voluminis perscripta sunt. Indicem paparum libro praemissum prima manus deduxit non ad Paschalem II, ut ait Duchesnius, sed ad Nicolaum II († 1061). Post epistulas praefatorias sub inscriptione *incip gesta pontificum* sequuntur vitae; sed finit codex descriptus ex archetypo imperfecto in vita Silvestri p. 52, 6 verbis *hic ordinationes clericorum.* Habui librum Berolini et contuli praeter specimen epistulas praemissas vitasque Lini et Cleti. — Librum non A^4 *spec.*

ex ipso Lucensi descriptum esse ostendunt praesertim verba subscriptionis Damasianae omissa in A^1, in hunc relata; sed etiam propius quam A^2 codex hic accedit ad A^1 (v. 1, 4. 6, 10) neque habet utilitatem.

A^2 *coll.* Florentinus Laurentianus S. Marci 604 saec. X (Waitz *neues Archiv* 10 p. 458; Duch. p. CLXVI). Scriptum esse librum in Italia, unde item prodiit, declarant scribendi vitia *i* pro *g* (*iesta* = gesta), *s* pro *x* (*Alesand-* — *iusta* = iuxta — *orthodosus* — *Pretestatus)* vel *x* pro *s* (*sinixtrum).* Accedit quod codex scriptus est litteris Beneventanis et adest in eo catalogus episcoporum Neapolitanorum editus scr. Langob. p. 401. In bibliothecam monasterii Florentini S. Marci pervenit dono Nicolai Nicoli. Adhibuit eum Lucas Holstenius, cui est Florentinus secundus, et post eum idem Duchesnius; ego contuli ipse. Post praefatorias epistulas sub titulo *incipit catalogus apostolicorum Damasi ad Hieronimum* sequuntur vitae epitomatae quodammodo omissis multis, in quibus sunt verba *per diversa loca* in ordinationibus episcoporum sollemnia (remanserunt 43, 14. 52, 7 et a p. 113, 9 deinceps); vocabulum *numero* passim numeris praescriptum; intervallorum inter sacerdotia duo definitiones (remansit ea 115, 17, quoniam ibi collocata est loco insolito), denique quae ad donaria pertinent pleraque, maxime ponderis indicationes. Omissa est solo errore vita Xysti II. Praeterea quaternionibus evulsis deficiunt quae intercedunt inter verba p. 128, 15 *sperans ad sedem apostolorum* et p. 153, 15 *et presentati,* item extrema post Leonem II p. 200, 13 *pirrus.* Quo pervenerit liber indicem paparum nullum habens praescriptum, ignoratur, sed cum descendat omnino ex archetypo eodem atque A^1, videtur finivisse et ipse in Constantino. Contaminationis nullum indicium repperi nec magis originis ex Lucensi, cum eius errores aliquot emendet non ex coniectura:

1, 15 data X k. [Iun. accepta VI] k. Oct.] $A^{2\cdot4}$ *et reliqui,* [ ] *om.* A^1.
20, 1 zepherinus A^2 *cum melioribus,* zephirinus A^1.
29, 10 apollonis] A^{2p} *cum melioribus,* apollinis $A^{1\cdot2c}$ *et deteriores.*
36, 9 *locus de sepultura Dionysii, quem apparet in communi archetypo librorum AB aut non fuisse aut fuisse in margine, inserit* A^2 *alio loco atque* A^1.
51, 9 ab his qui foris sunt A^2 *cum cl. III fortasse ex emendatione,* qui foris sunt A^1, a foris qui sunt *cl. II.*
62, 25 cum filia] A^2 *et rel., om.* A^1.
75, 3 hic multas tribulationes] A^2 *et rel., om.* A^1.
77, 2 filii constantini] A^2 *cum plerisque, om.* A^1.
112, 2 castino] *FK II. III,* casto A^2, castorio A^1.
124, 16 uia triuana] $B^{2\cdot3\cdot4}G$, uia triua A^2, uia tribuna A^1.
128, 13 sua(m) A^2 *cum rel., om.* A^1.
181, 10 sanctae] A^2 *et reliqui, om.* A^1.
183, 18 iussa fuerant] *rel.,* iussa fuerat A^2, iussa sunt A^1.
186, 11 mil. ui] A^2 *cum plerisque,* mil. u A^1 *(cum* $W^{1\cdot2\cdot3}D^1X^{2\cdot3}Z^{1\cdot2}$*)* C^3.

Sed eiusmodi emendationes tam raro inveniuntur, ut liber quamquam in classe prima certe ordine secundus et omnino descriptus ex archetypo eodem, a quo pendet Lucensis, non multum conferat ad eius classis archetypi lectionem determinandam. E contrario abundant loci tam corrupti quam ex arbitrio emendati, quales sunt hi:

1, 3 per tuam] perpetuam A^2 *cum* $B^{1\cdot3}$.
36, 6 cymiteria] ministeria A^2.
38, 6 cccxlii] KA^1 *et fere cl. I. II et Beda,* ccclxii A^2 *cum* FB^1.
46, 7 ex consacratum] ex consecrata A^1, ex consecratione A^2.
49, 11 chrisma] chrismate A^2 *cum deterioribus.*
80, 1 felix] felix iunior A^2.
84, 19 *ordinationes post* 24 monasteriis A^2 *cum cl. III.*
96, 13 scriptionem] proscriptione A^2.

97, 1 sociauit] sociauerunt A^2 *cum* E^1.
170, 7 ex argento] ex argento purissimo A^2.
180, 6 beato sebastiano] beato stefano A^2.
188, 4 nauticatione] nauticas cautiones A^2.
188, 12 xcuii] A^1 *fere cum II. III,* xxuii $A^{2.3.5}$ *Freh.*

Ex reliquis primae classis nullum crediderim pendere ex hoc nostro, quamquam ex supra relatis loci quidam contrarium suadere videntur; nam codicis tam bona quam mala in reliquis huius classis libris non redeunt.

Parisinus 5516 saec. IX (Duch. vol. 1 p. CXCIII. CXCIV cum tabula V, 3; vol. 2 p. II) antea Turonis in ecclesia sancti Mauricii, cui dedit archiepiscopus Herardus (855/6—871). Finivisse librum aliquando in Stephano II Duchesnius inde colligit, quod a Paulo I orditur quaternio. Iam perveniunt vitae ad Leonem IV († 855) verb. p. 122, 17 Duch. *pens. simul libras CII* adiecta a manu alia eiusdem vitae continuatione ad p. 126, 17 verb. *manere capitis,* quam apparet non ulterius perscriptam esse charta deficiente. Index paparum interpositus inter epistulas et vitas a manu prima finit in Paulo I spatio adiecto (757—767). — Ad classem primam pertinet sola pars libri posterior (de priore agitur p. XC) a f. 21, id est a Silverio ad finem (manus mutatur p. 183, 19 a verbo *adversus*) eamque satis fideliter repraesentat (vide inter alia p. 148, 6. 149, 9. 150, 6); dittographia adest 170, 3 *omnem cymilia* (sic cl. I) *cymiteria* (sic ex cl. III E^4), interpolatio communis cum libris $X^{1.2.3}$ 148, 3 *magister*] *minister,* aliae 179, 5 *circo*] *circuitu* — 179, 17 *decessoribus*] *successoribus* (sic fere *G*). Locum, in quo textus A^1 huius ope emendaretur nullum repperi. — Contuli praeter speciminis locos vitam Silverii. D^1 *spec.*

Vaticanus reginae 1896 saec. XIII (Duch. p. CLXXXVIII), aliquando adservatus in abbatia sanctae Mariae Longipontis prope Suessionem. Imperfectus habet ex iis quae edimus ea tantum quae leguntur in vita Innocentii a p. 89, 6 verb. *exorcizatum* ad Deusdedit p. 166, 10 *eundem tyrannum,* praeterea extrema a Gregorio III ad Stephanum II. Specimen dedi ad vitas Leonis I et Vigilii. X^1 *spec.*

Parisinus bibliothecae Mazarinae 2013 (antea 543) saec. XII (Duch. p. CLXXXVII; catal. ed. 2, 321), antea abbatiae S. Dionysii prope Parisios. Praescribitur: *in Christo nomine incipit liber episcopalis.* Finit in Stephano II († 757); index paparum episcopali libro subiunctus pervenit ad Paschalem II (1099—1118) spatio non expleto. — Specimen sumpsit Vidier. X^2 *spec.*

Parisinus bibliothecae armamentarii 988 (non 998) saec. XIII (Duch. p. CLXXXVIII; catal. ed. 2, 210) antea ibidem in monasterio sancti Victoris. Finit item in Stephano II: index paparum pervenit ad Eugenium III (1145—1153) spatio non expleto. — Specimen sumpsit Vidier. X^3 *spec.*

Tres libri Vaticanus reginae 1896 = X^1 et Parisini duo Mazarineus 2013 = X^2 et Arsenalii 988 = X^3 sibi simillimi (102, 11. 104, 13. 105, 7. 148, 3. 149, 3. 150, 1. 14 cet.) classis primae sunt, sed admiserunt hic illic emblemata sumpta ex classe tertia (102, 12). Praeterea habent corruptelas communes cum codicis D^1 parte posteriore (148, 3. 150, 1. 14); 150, 10, ubi prima classis habet *suggestionem,* duae aliae *suggestiones suas,* tres libri $X^{1.2.3}$ exhibent *suggestionem suam.* $X^{1.2.3}$

Vaticanus 5269 saec. XIII (Duch. p. CLXVIII). Titulum liber non habet; inter epistulas et vitas interpositus est index paparum finiens in Gregorio II († 731). Ipse liber finit in Constantino adiectis primis verbis vitae successoris eius Gregorii II usque ad *Leonis et Constantini Augustorum.* A^5 *spec.*

Frehcrianus alter 'pervetustus' hodie deperditus, cuius varia lectio a Frehero communicata cum editore Pontificalis Moguntino edita est in supplemento ad eam editionem adiecto, repetita in editione Fabroti Parisina a. 1649. Finiebat codex teste Frehero in vita Stephani III verbis p. 473, 10 Duch. *praesumptione quam.* Post Constantinum *Freh. spec.*

quae habet, iudice Duchesnio pendent ab exemplari familiae secundae simili Coloniensi nostro B^3; unde colligitur partis prioris archetypum finivisse in Constantino.

A^6 *spec.* Vindobonensis 632 saec. XI/XII (Duch. p. CLXVIII). Pariter atque libri affines caret titulo. Habet inter epistulas et vitas indicem episcoporum finientem in Eugenio I: folium deinde exsectum est, sed fortasse non scriptum. Ipse liber deficit in vita Vitaliani p. 186, 1 *sedit ann. mens.* (numeri et in hac vita et in praecedentibus Martini I et Eugenii I deficiunt spatiis vacuis relictis); evulsum est folium tantummodo unum, cum codex praeterea ex quaternionibus formatus finiat in binione iam trium foliorum, potestque folium exsectum vacuum fuisse. Litteras in fine a Duchesnio observatas *h d* (= *hic deest*) Hartmannus quaerens non agnovit. Explevit aliquatenus quae desunt manus posterior, quae supplementa immutata tota sprevi. — Specimen sumpsit mea causa Lud. Hartmann.

A^7 *spec.* Monacensis 4112 saec. XII, antea bibliothecae Augustanae S. Crucis, (non habet Duch.) et ipse caret praescripto; paparum laterculus interpositus inter epistulas praefatorias et vitas finit in Alexandro III (1159—1181) adiectis postea Lucio III et Urbano III (1185—1187). Deficit p. 149, 1 *dignitate iterum* incipiens rursus p. 154, 9 *archidiaconum vestrum* folio evulso; absunt item spatio vacuo relicto quae intercedunt inter p. 155, 13 *confirmetis* et p. 155, 17 *sed si quis ille.* Finit mutilus p. 180, 11 in vita Theodori verbis *contestantes quatenus.*

$A^{5.6.7}$ *Freh.* Quattuor libri Vaticanus 5269 = A^5, Freherianus deperditus = *Freh.*, Vindobonensis 632 = A^6, Monacensis 4112 = A^7 ut cum classe prima consentiunt fere in gravioribus (ut 30, 20. 31, 1. 60, 6. 10. 101, 1 cet.), ita contaminati sunt cum tertia receptis inde quibusdam additamentis (30, 7. 10 *cum praefecto urbis* et *noctu* — 51, 4 *sic missas* cet. — 51, 8 *custos martyrum ann. V* — 66, 1 *in sarcophago purpureo* — 103, 6 *et dioscorum*) et eo quod p. 14. 15 Pium Aniceto postponunt et hic illic lectione mutata declinant ad classem secundam tertiamve (ita in annis Soteris 16, 1 et Anterotis 26, 2 hi libri faciunt cum E — 29, 3 *dedit* pro *de* cum $B^{2.3}$ — 29, 5 lectionem *A corpus beati pauli acceptum* mutant A^5 cum A^3 in *corpore b. p. accepto*, $A^{6.7}$ in *accepto corpore b. p.* — 60, 3, ubi A habet *hybrimon*, E *hybromias*, inde effecerunt *hybromion*). Alia exempla infra afferentur, ubi agimus de codice B^3 (p. LXXXVI). Exemplum classis primae ab archetypi communis librario adhibitum recte ait Duchesnius non fuisse ipsum Lucense, cum vitia huic propria ad hos libros non inveniantur propagata, sed proxime ad id accesserit necesse est, cum secundum supra relata pariter atque Lucense finierit in Constantino neque ullo loco graviores Lucensis errores in hac familia reperiantur emendati. Ipsi libri inter se fere consentiunt (ita glossema 31, 7 *cum adorare non vellet* habent omnes; cf. item 30, 3). Gemelli fere sunt A^5 et Freherianus (cf. p. 170, 6, item 171, 6. 173, 1, ubi *cyburium* A^5 mutavit in *tegurium*, pro quo ex Freheriano priore loco affertur *tugurium*) et hic illic Vindobonensi et Monacensi emendatiores (31, 11 interpolatum *cymiterio* pro *praedio* est in $A^{6.7}$ solis verbaque 60, 5. 6 *L oleum nardinum* habet A^5, om. $A^{6.7}$; cf. item 2, 6). Rursus Vindobonensis et Monacensis vix differunt nec facile reperietur, uter praestet (glossa 3, 6 *instans* habet solus A^7, e contrario 172, 3 A^7 minus corruptus est quam A^6).

Y spec. Mediolanensis Ambrosianus II 111 sup. saec. XVI (Duchesne II p. XLVI), a Muratorio laudatus sub nota *B*. Contuli ad specimen usque ad Cornelium; in iis quae sequuntur inspexi apparatum Muratorianum. Est classis primae, in multis se applicans ad codices $A^{5.6.7}$*Freh.*, de quibus modo diximus, sed cum immunis manserit ab interpolationibus in eos libros inlatis praesertim ex classe tertia (29, 3. 5. 30, 20), alibi passim textum graviter interpolavit. Ita in vitam Silvestri post verba 47, 9 *a lepra* inseruit instrumentum privilegium Constantinianum ficticium *hic Constantinus Augustus* seq., quod inde transiit in recensionem Guillermianam (Duch. vol. 2 p. XXV); item 51, 6 locum

de gradibus sacerdotii inserto ostiario ita mutavit, ut legitur praeter deterrimos nostros $P^{1.2}$ in eadem epitome Guillermi, quacum etiam consentit in lectione 51, 10 *qui uxorem habeat* et alibi. Post verba 99, 28 *scripsit commemorans* haec habet: *huius temporibus fecit Petrus episcopus Hillyrica de gente Athenis (?) basilicam sanctae Sabinae in monte Aventino in urbe Roma iuxta monasterium sancti Bonifacii, in qua et sanctus Alexius iacet*, sumpta ex parte ex loco 100, 9 proprio classi I et III, ex parte ex epitaphio adhuc prostante Romae in ecclesia sanctae Sabinae (Duchesne vol. 1 p. 236).

Parisinus 317 saec. XII (Duch. p. CLXVII). Pervenit ad Constantinum pariter atque A^1 adiecto lemmate fortasse ex laterculo aliquo desumpto successoris: *Gregorius natione Romanus ex patre Marcello.* Formula *per diversa loca* et donariorum recensus passim deficiunt. Codex ut primam classem sequitur, aliquoties (2, 6. 9. 10 cet.) consentiens cum nostro *Y*, ita non desunt loci adsumpti ex classe tertia (51, 5. 8 cet.). Praeterea passim lectionem traditam librarius temere immutavit, ut 48, 18 *de omne ecclesia*] *per o. e.* — 52, 2 *omnino*] *omnium* — 101, 5 *duas haereses*] *unam haeresem* — 150, 14 *cadens*] *sedens.* Uno loco 105, 11 textum classis tertiae mutilum librarius ex coniectura reformavit. Ad classis primae archetypi lectionem constituendam nihil confert. — Specimen sumpsit Vidier. A^3 *spec.*

Pictaviensis n. 6 et Florentinus Laurentianus Ashburnhamianus 1814 [1737] (partes duas esse codicis eiusdem vidit Duchesnius) saec. XI/XII (Duch. p. CLXXII; Delisle *notices et extraits des ms.* vol. 32, 1 p. 81). Praescribitur: *incipit episcopalis;* finit in Hadriano I. Notabile est in ipsum textum insertum additamentum in fine vitae Silvestri: *computavimus universum argentum, quo Constantinus Augustus suo tempore mirabiliter diversas adornavit aecclesias, in summam librarum decem et octo milium et trecentarum quinquaginta, aurum vero in summam librarum octo milium [ce]ntum nonaginta sex exceptis quibusdam opusculis, quorum pondus in hoc libro reticetur.* Z^1 *spec.*

Parisinus 4999 A saec. XIV (Duchesne p. CLXXIII; Delisle *catalogue des mss. des fonds Libri et Barrois* p. 203) antea Cenomanensis. Duchesnius librum non vidit ad servatum eo tempore ex furto Libriano in Britannia. — Specimen sumpsit Vidier. Z^2 *spec.*

Vaticanus reginae 1852 saec. XI (Waitz *neues Archiv* 10, 459; Duch. p. CLXXI), antea Andegavi in monasterio SS. Sergii et Bacchi. Finit in Hadriano I. Omissa sunt multa. Specimen non sumpsi, cum sufficiant quae afferuntur ex libris eiusdem generis Z^1 et Z^2.

Parisinus 12696 (Duch. l. c.) descriptus est ex eo qui praecedit.

Tres libri Pictaviensis et Florentinus Laur. Ashburnh. 1814 = Z^1, Parisinus 4999 A = Z^2, Vaticanus reginae n. 1852 eandem libri pontificalis epitomen exhibent, in qua quae desint quatenus specimen pervenit in apparatu indicatur. Derivatum esse ex ipso Lucensi et ostendit quod vitae Constantini subscriptum est in Vaticano *hucusque ... menses* (p. XIV) et lectionis proprietas, unde notabile est quod 3, 7 error *dispositiones* pro *disputationes* correctus in ipso Lucensi inter exemplaria ex eo derivata in his solis redit (cf. praeterea 29, 5. 49, 1. 11. 68, 17. 148, 2). Vitium huic epitomae proprium offenditur 46, 3 *qui fuit temporibus uolusiani et rufini consul.* $Z^{1.2}$

CODICVM PLENORVM CLASSIS SECVNDA.

Bernensis 408 saec. IX (Duch. p. CXCI. CXCII cum tabula V, 2). Post praefatorias epistulas, quas antiquus titulus nullus praecedit, indicem paparum liber habet finientem in Zosimo exciso deinde folio uno; in eo indice Anicetus est ante Pium, Anteros ante Pontianum. Sequuntur vitae, quibus praescriptum est manu posteriore: *liber de gestis pontificum Romanorum.* Finit codex in Stephano II p. 454, 1 Duch. verbis *ad recipiendas vero ipsas civitates* ipse non mutilus, descriptus igitur ex archetypo mutilato. Foliis transpositis in vita Silvestri ordo hic effectus est: C^3 *coll.*

II p. 58, 6 coronam auream ante corpus ubi *(sic)* est
p. 61, 7 oleum nardinum.
p. 64, 7 ante corpus *(bis)* beati laurenti martyris argento

I p. 58, 6 farus cantharus.
p. 61, 6 possessio fronimusa praest. sol. dcc
p. 64, 7 clusas sigillis passionem.

Codex quodammodo pertinet tam ad classem secundam quam ad tertiam; nam cum in universum sequatur illam, et in spatiis episcopatuum et in aliis cum tertia classe facit, primarius in utraque et optime scriptus, eo quoque nomine insignis, quod neque librarius textum mutavit ipse indoctus neque postea liber emendatricem manum ullam perpessus est. Quatenus cum classe utraque faciat, sequenti capite explicabitur; hic paucos locos subiciemus, ubi contra utramque proprias lectiones habet mendosas, ex parte propagatas ex eodem archetypo ad Guelferbytanum Aug. 10/11 = C^2, Parisinum 5140 = C^4, Vindobonensem 388 = C^5:

21, 12 (Callistus) sepultus est in cymiterio Calipodi] s. e. in cymiterio suo calopodi C^3: *offendit archetypi librarium episcopus Callistus non sepultus in coemeterio nominis sui.*

43, 10 fecit cymiterium] fecit cymiterium noille (nouelle C^2, nobile C^4) C^3 *cum* $C^{2.4}$: *librarius, quem offendit cymiterium nomine carens, locum interpolavit adhibitis gestis Liberii (Coustant epp. Rom. pontif. app. p. 91):* habitabat ab urbe Roma miliario III quasi exul in coemeterio Noellae via Salaria.

47, 1 m. x d. xi *om.* C^3.

50, 2 ut diacones dalmaticis uterentur ⟨et pallea l. l. eorum tegerentur⟩ *omisit verba* ⟨ ⟩ *comprehensa* C^3, *habent* $C^{2.4.5}$, *sed parte erroris retento pro* tegerentur *repetunt* uterentur.

51, 6 si quis desideraret in ecclesia militare aut proficere] si quis proficere desideraret in e. m. aut proficere C^3 *cum* $C^{2.4}$.

64, 8 ui nixis] nixis C^3 *cum* $C^{2p.4.5}$.

104, 17 duas basilicae constantinianae *om.* C^3.

C^2 *spec.* Guelferbytanus Augustanus Quart. 10. 11 saec. IX (Duch. p. CXC. CXCII), antea abbatiae sancti Petri Weissenburgensis. Prima manus substitit in Stephano II; secunda et ipsa saeculi IX adiecit vitas Pauli I et Stephani III usque ad verba ea, in quae desinit codex Coloniensis B^3. Inter epistulas et vitas interpositus index paparum finit in Leone III (795—816), sub quo codicem scriptum esse probabile est. — Codicem qui scripsit usum esse archetypis duobus, altero nostri C^3 gemello, ut ostendunt quae ad eum attulimus, altero B^3 aut eius gemello spatia praesertim episcopatuum (ex hoc libro plene relata supra p. XLIII seq.) luculenter declarant. Scilicet ut in ipso principio Petri dies fecit *III* (quae est lectio vulgata) *vel VIII* (quae est lectio C^3 similiumque), ita passim utramque lectionem in eo deprehendimus, plerumque ita, ut prior scriptura libro C^3 respondeat, posterior textui vulgari. Inutilis autem est utraque scriptura, cum ab una parte hic liber etsi quibusdam locis, ubi pendere videtur ab archetypo prope accedente ad C^3, hoc praestat (ita hiatus 104, 17 codicis C^3 non pervenit ad C^2; 182, 15 pro vera lectione *hieraticos* C^2 habet *iherеticos*, C^3 *in hereticos* corruptela aucta), plerumque in partem deteriorem ab eo recedat et eius propriis virtutibus passim careat, ab altera parte plane respondeat nostro B^3 (v. spatia episcoporum XXX. XLI. LXII. LXVI. LXXV. LXXVII). Errores neque cum C^3 neque cum B^3 communes liber habet in parte posteriore non paucos redeuntes in C^1, de quo mox agetur, sed in Guelferbytano emendatos, ut sunt hi:

186, 5 easdem missos] easdem missi C^{2p} *cum* C^1
186, 6 uigorem] figuram C^{2p} *cum* C^1P^2O
186, 11 ei obuiam *om.* C^2 *cum* $C^{1.5p}P^2O$
188, 4 diagrafa] diagraua C^{2p} *cum* C^1

item alios in deterioribus multis repetitos:

2, 10 catholicae] canonicae C^2 *cum deterioribus plerisque*
103, 5 et dioscoro *add.* C^2 *cum III*

Emendatorem libri Guelferbytani adhibuisse pariter atque scriptorem librum, qualis est B^3, stabiliunt loci hi, quibus addi poterunt infra p. LXXXVII ad $B^{2.3}$ adnotata:

28, 4 africa] africanus C^{2c} *cum* B^3
51, 4 sic missas celebrarentur] *delevit* C^{2c}, *omissa in* B^3
64, 8 ui nixis] C^{2c} *cum* B^3, nixis C^{2p} *cum* $C^{3.4}$
104, 18 duas beati pauli apostoli *delevit* C^{2c}, *omissa in* B^3Q *fere solis*
172, 6 beato seuerino] b. s. martyre C^{2c} *cum* B^3Q *paucisque aliis*
173, 1 clxxxuii] cxxxuii C^{2c} *cum* B^3Q *fere solis*

His perpensis liber omissus est.

Parisinus 5140 saec. XI incip. (Duchesne vol. 1 p. CXCI. CXCIII. CCIII vol. 2 C^4 *spec.* p. II), antea Freherianus et adhibitus ad ed. Moguntinam (vide p. CVIII) sub nota *Freh. A.* Specimen sumpsit Vidier. Pontificalis liber parte extrema vitae Leonis IV et tota Benedicti III omissis finit in Hadriano II (867—872). Adsunt in praemissis indices tres, primus sepulturarum pontificum finiens in Zacharia († 752) is quem supra p. LXIII. LXIV edidimus, alter paparum cum spatiis perveniens ad Agapitum II (946—955) adiecto sine spatiis supplemento ad Silvestrum II (999—1003), tertius patriarcharum Constantinopolitanorum ad patriarcham Constantinum (674—677) editus a Duchesnio vol. 1 p. CXCI. — Librum bipertitae originis esse recte ait Duchesnius. Scilicet in parte priore pendet a nostro C^3 eiusve gemello, in maioribus fidelius cum reddens quam reliqui affines, ut Pium collocat post Anicetum, Pontianum post Anterotem; denique foliorum transpositio, per quam p. 58, 6—64, 7 perturbata sunt in C^3, in hoc libro redit. Id ipsum lectiones confirmant tam in spatiis episcopatuum quam quas attulimus ad C^3; sed habet etiam passim errores non admissos in Bernensem, admissos in Guelferbytanum:

50, 2 *vide ad* C^3
66, 1 posuit] reposuit $C^{2.4.5}$
103, 5 *vide ad* C^2

Classis tertiae vestigia certa cum in hac parte non deprehenderim, adsunt ea non solum, ut ait Duchesnius, inde a Iohanne VI, sed iam in vita Felicis III et deinceps:

115, 20 ut nullus . . . peruenire debet C^4 *cum* E^1 *ex nostris solo*
150, 2 prona] pro bona C^4 *cum III*
150, 12 domina augusta *ins.* C^4 *cum* E^4 *solo*
170, 3 omnem cymiliam] omnem familiam C^4 *cum* E^1 *solo ex nostris*
172, 2 a beato apollenare] ad beatum apollinarem C^4 *cum* E^1 *solo ex nostris*

Accedit, quod indices huic libro praemissi primus et tertius praeter eum in solo libro E^1 reperti sunt. Ipse codex pessimus est, verbis tam saepe transpositis, ut id genus errorum ne in specimen quidem receperimus, et passim mendosis et interpolatis, exempli causa:

16, 4 nullus monachus] nulla monacha C^4 *cum aliis deterioribus*
29, 1 scriptam epistolam] accepit ep. C^4
30, 17 consideres *ins.* C^4

30, 18 accepi] infra C^4
104, 13 quas] in his omnibus C^4
ita ut libri utilitas nulla sit.

B^4 *coll.* Leidensis Vossianus Q. 41 saec. IX (Duch. p. CLXXVIII. CLXXXVIII) olim servatus Autissiodori, cuius sedis episcopi saec. XI ad marginem adnotati sunt. Titulo liber caret, praescribitur ante epistulas: *incp hieronimi ad damasum epa*, ante vitas: *incipit de ba pet primum*. Finit in vita Stephani III († 772), quae integra ibi legitur. Index paparum interpositus inter epistulas et vitas (habens Pium ante Anicetum, Pontianum ante Anterotem) a prima manu videtur deductus esse non ad Hadrianum II (867—872), ut iudicat Duchesnius, sed ad Gregorium III (827—844). Adnotat Duchesnius indices episcoporum Gallicorum et Italicorum, qui adfuerunt in concilio Romano a. 767, servatum esse in hoc codice solo. — Ne hunc quidem librum huiusce classis primarium naevis sibi propriis carere ostendunt quae sequuntur exempla:

62, 18 possessio n. pr. sol. cxu item sub c. falisca *om.* B^4, *eadem fere transponit* E^1
78, 13 hora *om.* B^4
97, 11 calices min. aur. . . . lib. singulas *om.* B^4 *cum* $E^{1.6}$
109, 14 fara cantara . . . 22 lib. x *om.* B^4 *cum* B^{3p}
109, 30 scyphos argenteos iii pens. lib. xxiiii] *sic* $C^3B^{1.2.3}$ *et ex cl. III* G, sc. arg. iii pens. sing. lib. xxiiii B^4 *et ex cl. III* E^1, sc. arg. iii pens. sing. lib. uiii *cl. I, deficit* E^6
127, 22 magistrianos et praefectianos] magistrianos et perfectianos $C^3B^{2p.3}$, magistratos et praefectos B^4 *male emendans*
141, 18 pallia olouera] C^3, palliola uera $B^{2.3}$ *ex prava correctione,* palliola uero B^4 *eandem denuo corrumpens*
152, 13 enim] $C^3B^{2.3}$ *cum cl. I,* uero B^4 *cum cl. III*
160, 7 xenodochium] $B^{2.3}$ *cum cl. I,* hospicium B^4, ptochium C^3 *et cl. III*
204, 10 puluere] C^3B^2 *cum cl. I et III*, suluere B^{3p} *(sic)*, soluere B^{3c} *(sic)*, uulnere B^4
214, 14 eiusdem ecclesiae tam *om.* B^4

Loci in quibus eadem verba deficiunt in B^4 quae absunt a cl. I:

53, 19 lib. d *om.* A^1B^4
64, 2 conclusit de argento (et cancellis de argento): *om.* ( ) *comprehensa* A^1B^4
66, 18 purissimas *om.* A^1B^4
95, 13 argenteum *om.* A^1B^4
214, 22 innouauit A^1B^4, innouavit ac reparauit *cl. II reliqui et cl. III fortasse ex interpolatione, nam eadem verba praecedunt* 214, 13

et numero pauci et errore ubivis facili nequaquam ad contaminationem libri in classe secunda primarii cum classe prima trahendi sunt, sed ad merum casum revocandi.

B^1 *coll.* Neapolitanus IV. A. 8 saec. VII ex. (Waitz *neues Archiv* 10, 456; Duch. p. CLXXVI) olim Bobiensis. Hic est liber, qui Charisii institutiones grammaticas solus servavit et in scriptura deleticia particulas quasdam et veteris testamenti et Lucani et digestorum Iustiniani. In extremo quaternione (hodie codicis f. 40—47) habet scriptura deleticia capita quaedam ex libris Gargilii Martialis de re rustica residua, scriptura posterior, saeculi, ut diximus, VII, vitarum pontificum partem priorem. Litteraturae peculiaris omnino specimen tabula nostra IV photographica ostendit, prope accedentis ad codicem item Bobiensem, hodie Vindobonensem n. 17 scriptorum grammaticorum, in his appendicis Probi quam dicunt, cuius codicis imagines publici iuris fecerunt Eichenfeld et Endlicher ad analecta grammatica (Vindobonae 1837) et melius longe nuper Wendelinus Förster (*Wiener Studien* vol. 14 p. 278, ubi de forma litterarum refertur iudicium Zangemeisteri). Eius generis litteraturae cum alia exempla vix reperiantur, probabile est librum adservatum

per saecula Bobii ibidem etiam scriptum esse. In inventario antiquo codicum in monasterio Bobiensi adservatorum (v. Gottlieb *Centralblatt für Bibliothekwesen* 4 p. 455) voluminis mentio fit sub n. 437 his verbis: *librum Sosipatri unum, in quo continetur liber differentiarum Plini;* sed eo tempore num quaternio extremus, qui cum reliquis non videtur origine coniunctus fuisse, eodem volumine comprehensus fuerit, dubium est. Fuit in eo a. 1461, nam in inventario eo anno confecto (Peyron Ciceronis or. fragm. p. 45) sic est sub n. 165: *de subtilitatibus grammaticalium et metrorum compositione* (intelleguntur Charisiana); *quedam de poetis* (haec videntur excidisse inter f. 39 et 40); *cronica quedam brevis de imperatoribus Romanorum* (haec item desideratur); *gesta summorum pontificum incompleta. In littera Langobarda obscura et difficili ad legendum.* — Vitas pontificum, quas iam eo tempore mutilatas fuisse apparet, librarius non titulavit; manus posterior epistulis praescripsit: *gesta summorum pontificum.* Post epistulas sequitur index paparum a Petro ad Cononem praescriptis numeris I—LXXXV, adscriptis ad duos primos solos spatiis *(I petrus uii sed anthiocia an xxu m ii d iii — II linus an xi m iii d xii);* nominum variam lectionem rettuli in apparatum propter libri antiquitatem. Post indicem verbis *in nomine dn* ab ipso librario deletis quattuor versus remanserunt vacui vacabatque post eos aliquando spatium maius; nam tam verba psalmi 113, 5 *quid est tibi mare quod fugisti et* quam quod sequitur post interstitium versuum duorum *in nomine sanctae trinitatis atque sancti et omnes prophetae* scripserunt manus diversae. Post haec in eadem pagina incipiunt vitae. Parte extrema amissa deficit liber in vita Anastasii II 119, 11 *percussus est,* sed cum index paparum, ut diximus, finiat in Conone spatio post eum vacuo relicto, continuatus fuerit necesse est ad papam eum defunctum a. 687, scriptus igitur sub eius successore Sergio (687—701), id quod palaeographiae eius recte convenit. Ad eum codicem primus G. H. Pertz animadvertit eiusque notitiam publice dedit (*Archiv* 4 a. 1822 p. 501 et praesertim 5 a. 1824 p. 68 seq.), diligenter et perite exponens de forma litterarum et de compendiis reliquisque scripturae proprietatibus, unde notabile est signum :· simileve ibi positum ubi versus finit in vocabulo non perscripto. Idem Pertzius codicem diligentissime contulit cum editione Muratoriana 'Neapoli', ut subscripsit, 'd. 5. Sept. 1822'. Ea collatio eapropter a nobis inlata in bibliothecam regiam Berolinensem iam codicis instar est; ipse enim ita pessumdatus est remediis chymicis tum cum Angelus Maius et Angelus Scottus inde edebant Gargiliana (Mai classic. auct. tom. 1 a. 1828 p. 387 seq.), ut scriptura posterior non solum, ut ait Duchesnius, quibusdam locis *(à certains endroits)* sublata sit, sed exceptis marginibus tota fere deleta. Scripturae anterioris revocatae litterae maiores longe et crassiores graciles ductus manus secundae ita oblitterarunt, ut raro huiusce versus integer recte ac plene legatur. Firmant id abunde quae inde protulit editor diligentissimus: nam ex Pertzii testimoniis omni fide dignis iam apparet multa cum praeteriisse, non pauca posuisse libro contraria, ut monstrat editio nostra cum Duchesniana collata. Recte iam Waitzius, cum per aliquot dies enotationes Pertzianas cum codice composuisset, operam iudicavit se perdidisse et in illis subsistendum esse, idemque ego expertus sum. Nam postquam librum missum Romam ibi in bibliotheca nationali aliquamdiu tractavi et quibusdam locis quid esset in eo aut indagavi aut indagare volui, hoc intellexi uno solo loco (17, 13) Duchesnium verum rettulisse tacente Pertzio, praeterea ubicumque differunt (differunt autem plurimis locis), aut Duchesnium erravisse aut de lectione hodie non liquere et omnino in Pertziana nos adquiescere et posse et debere; eam qui hodie recognoscere velit, verendum est ne testimonium boni auctoris corrumpat potius quam emendet. — Proprios errores hic liber plures habet quam pro aetate credas; non solum passim hiat ex sola neglegentia (5, 6. 42, 8. 46, 2. 71, 19. 88, 19 cum B^3. 94, 19. 109, 4. 112, 9. 17), sed corruptelas quoque exhibet has:

1, 3 per tuam] perpetuam B^1 *cum* B^3

4, 1 dispositores] dispositiones B^1
42, 4 non impleret] impleret B^1
92, 20 et populus] I, et plebs III, uel (et B^2) plebs $C^3B^{2\cdot3\cdot4}$, et praesbyteri B^1
119, 11 nutu (notu A^1C^3) diuino] noctu diuinu notu B^1

et quod vix expectes, non raro verba tradita ad grammaticam emendat:

4, 3 praedicare] praedicatione B^1
4, 6 apollonis] $C^3B^{2\cdot3\cdot4}$, apollinis B^1
29, 10 apollonis] $C^3B^{2\cdot3}$, apollinis $B^{1\cdot4}$
64, 7 cum lucernas] $C^3B^{3\cdot4}$, cum lucernis $B^{1\cdot2}$
97, 21 territorio penestrino] $B^{2\cdot3\cdot4}$, t. penistrino C^3, territorio praenistino B^1

$C^3B^{1\cdot4}$ Codices $C^3B^4B^1$ non solum eo nomine coniuncti sunt, quod, ut infra (p. LXXXVIII) apparebit, passim huius classis archetypi lectionem servant in reliquis eiusdem ordinis libris corruptam, sed consentiunt etiam quibusdam locis in erratis:

60, 7 balsamum lib. l *om.* $B^{1\cdot4p}$ *soli*
84, 15 adiacentibus] aiacentibus C^3B^1, iacentibus B^4 *(sic emenda adn.)*
85, 5 ob oppugnationem] ob hoc pugnationem $C^3B^{1\cdot4}$

B^3 *coll.* Coloniensis 164 saec. IX incipientis (Duchesne p. CLXXVII. CLXXXVIII) ab origine ecclesiae eius, quae adhuc eum adservat. Propter titulos v. p. XII. Finit in Stephano III († 772) verbis p. 473, 17 Duch. *probatissimos viros scilicet,* quae praecedunt indicem episcoporum Gallicorum missorum a. 769 ad concilium Romanum. Index paparum interpositus inter epistulas praefatorias vitasque inscriptus *incipiunt nomina beatorum pontificum sanctae apostolicae sedis* et a vitis ipsis non uno loco differens (Anicetus ibi est ante Pium, Anteros ante Pontianum, Iohannes II appellatur *Mercurius qui et Iohannes*) a prima manu deductus est ad Leonem III (795—816), quo tempore librum scriptum esse probabile est. — Ex erroribus huic libro propriis numero multis, ut apparet ex adnotatione nostra, hoc loco non indicabo nisi hiatus complures *48, 11. *56, 18. 68, 14. 92, 3. 95, 1. *11. 143, 6—8. 192, 4. 212, 19. 215, 6, quorum eos, qui communes sunt cum contaminatorum principe E^6 asterisco distinxi.

B^2 *coll.* Parisinus 13729 saec. IX (Duchesne p. CLXXVI. CLXXXVIII cum tabula IV, 3) origine Gallicus, antea Nicolai Fabri, deinde in bibliotheca Sangermanensi. Propter titulos v. p. XII. Finit in Hadriano I († 795). Index paparum inter epistulas et vitas interpositus a prima manu pervenit cum spatiis adscriptis ad Stephanum III († 772); deinde est Hadrianus I (772—795) cum adscriptione litteris maioribus ANNOS. XX; sequuntur papae posteriores spatiis non adiectis ad Eugenium II (824—827); unde colligemus ipsum librum scriptum esse sedente Eugenio, archetypum Hadriani anno XX, id est p. Chr. 791. — Codex ut raro hiat (37, 4) eo nomine praestans proxime coniuncto B^3 et etiam a gravioribus inter polationibus immunis mansit (50, 1 legi in eo *laico* pro *clerico* Duchesnius ait errore), ita passim tradita corrigit ad grammaticam et a melioribus classis suae (quorum lectio in recensu subiecto praescripta est) compluribus locis recedit adhibito fortasse aliquo classis tertiae:

38, 8 usque ad notitiam] ad notitiam $B^2E^{1\cdot6}$ *Mut.*
39, 1 natione dalmata] natione dalmatica B^2
52, 2 *post* clericum *ins.* sacrum ordinem B^2
153, 10 famis] famis magna B^2, famis maxima $GE^{1\cdot6}$
157, 2 instituit] constituit B^2KGE^6
159, 3 temperare .... inopiae] temperare .... inopiam $B^2GE^{1\cdot6}$
159, 10 in ... adflictionibus positis] in adflictionibus positus B^2E^1
161, 11 gentem Angulorum] gentem anglorum $B^{2\cdot4c}GE^{1\cdot5\cdot6}$
162, 1 uestem ... blattinio] uestem ... blattineam B^2
177, 2 omnem dalmatiam] totam dalmatiam B^2

185, 3 sanctitatis praeclarior] sanctitate praeclarior B^2E^1

192, 6 qui appellatur] q$\bar{\text{a}}$ $B^{3.4}$, q$\bar{\text{u}}$a B^2 *cum* C^3

201, 26 post gallum cantum] post galli cantum $B^2E^{1.6}$

Laudunensis 342 saec. IX (Duch. p. CLXXVII) datus ecclesiae ei ab episcopo Didone (883—893) pariter atque is qui praecedit finit in Hadriano I habetque et ipse indicem paparum deductum manu librarii ipsius cum spatiis ad Stephanum III, omissis spatiis ad Eugenium II, gemellus igitur praecedentis scriptusque adeo, ut iudicat Duchesnius, a librario eodem. Ego librum non vidi et pauca tantum habui ex eo enotata a Pabstio; sed cum teste Duchesnio vel in minutis et futtilibus conveniat cum Parisino, ut Duchesnius eum in apparatum non admisit, ita ego quoque eum insuper habui.

Libri duo Coloniensis 164 = B^3 et Parisinus 13729 = B^2 pendent ex archetypo $B^{2.3}$ communi; consentiunt enim contra reliquos huius ordinis libros $C^3B^{1.4}$ ut aliis locis multis, ita his, ex quibus ad eos, qui in apparatum plenum incidunt, adscripsi codices deteriores cum $B^{2.3}$ consentientes et indidem omnino descendentes:

23, 5 xiiii k. Iun. *om.* $B^{2.3}$ *utpote contrarium martyrologio Hieronymiano*

29, 3 de celerino lectore] dedit celerino lectore $B^{2.3}C^{2c}$, dedit celerino lectori $QD^{1.2}O$, *item* $A^{5.6.7}$*Freh.*

42, 12 *vide adnotata*

43, 5 usque post consulatum] usque ad consulatum $B^{2.3}$

50, 4 causam quamlibet] causam suam quamlibet $B^{2.3}C^{2c}Q$

52, 6 xlii] xxxii $B^{2.3}C^{2c}Q$

53, 30 calices minores] calices maiores $B^{2.3}$

60, 15 dccc] lxxx $B^{2.3}Q$

70, 19 possessio leonis prest. sol. lx *om.* $B^{2.3}$

72, 2 lxu] numero ccclxu $B^{2.3}$

80, 14 per mens. dec. $B^{2.3}$ *loco solito ex emendatione, post* diaconos u $C^3B^{1.4}$ *cum I*

112, 18 executrix] B^1 *cum rel.,* executris C^3B^4, executoris $B^{2.3}$

115, 6 iudicius] C^3B^1, iudicios B^4, iudices $B^{2.3}$

131, 3 helectrinam] hilictrineam C^3, hylitrineam B^4, hilistriuiam B^2, hylistriuiam B^3

193, 16 obumbratas] C^3B^4 *et rel.,* perobumbratas B^2, perumbratas B^3; *in archetypo igitur fuit* $^{\text{per}}$obumbratas

Libros $B^{2.3.4}$ redire ad archetypum commune hic illic corruptum et interpolatum $B^{2.3.4}$ evincunt testimonia quae sequuntur. Ad ipsum eius classis archetypum haec non redire colligitur adsumptis lectionibus libri antiquissimi B^1, qui tamen deficit inde a p. 119, et ex testimoniis Bedae et Pauli et auctoris gestorum Neapolitanorum, quos constat pendere ex exemplaribus classis secundae. De codice C^3 res ambigua est, cum vacillet inter classem secundam et tertiam.

16, 4 nullus monachus] C^3B^1 *cum I et III (Mut.),* nulla monacha $B^{2.3.4}$ *cum III (rel.)*

73, 4 palleum] C^3B^1 *et reliqui,* tunc p. $B^{2.3.4}$

127, 19 furia] *gesta ep. Neap. et I. III (in his* C^3*),* furore $B^{2.3.4}$ *cum F*

141, 18 pallia olouera] C^3, palliola uera $B^{2.3}$, palliola uero B^4 (cf. p. LXXXIV)

162, 1 fecit autem . . . pens. lib. c *insiticia habent* $B^{2.3.4}$ *soli*

173, 7 fecit autem in domum . . . dona simul obtulit *item habent* $B^{2.3.4}$ *cum deterioribus multis ibidem adnotatis*

212, 20 et trepidam *om.* $B^{2.3.4}$

213, 3 citius] A^1, ocius C^3, uelocius GE^1, uelociter E^6, *om.* $B^{2.3.4}$: *in archetypo videtur fuisse* $^{\text{uel ocius}}$citius

214, 1 beati petri] *I. III*, habente (-tes B^2) petri $B^{2.3.4}$
214, 3 et odor suauitatis *om.* $B^{2.3.4}$
214, 6 in absida basilicae supra scriptae] in basilicam super scriptam $B^{2.3.4}$
217, 11 hii iustam] *I. III*, huius tam $B^{2.3.4}$
217, 19 infra ecclesia beati petri apostoli principis apostolorum] iuxta basilica petri apostoli $B^{2.3.4}$
219, 9 restaurauit basilicam] fecit oratorium $B^{2.3.4}$ *soli*
219, 19 qui longa *om.* $B^{2.3.4}$
220, 1 cum terveli] *reliqui cum Beda et Paulo, om.* $B^{2.3.4}$
223, 1 saccellarius] *I. III*, cancellarius $B^{2.3.4}$
225, 2 ab exilio *om.* $B^{2.3.4}$

$C^3B^{1.2.3.4}$ Quinque libros modo recensitos C^3 Bernensem, B^4 Lugdunensem Voss. Q. 41, B^1 Neapolitanum (usque ad p. 119), B^3 Coloniensem, B^2 Parisinum 13729 plene collatos adhibui ad constituendum classis secundae archetypum, nam primus eorum quamquam contaminatus est cum classe tertia, ne in hac quidem praeteriri debuit. Ex his postremi duo vix ullo loco propria bona habent et potuerunt fortasse omitti; consensus tamen eorum cum meliorum dissentientium aliquo habet quiddam utilitatis. Quomodo autem meliores dissentiant, lectiones quae sequuntur selectae declarabunt:

20, 7 *locus, ut ostendunt adnotata, hiat pariliter in* B^4 *et in cl. I; auctus est hiatus in* $B^{1.2.3}$
28, 4 africa] C^3B^4 *et reliqui,* africana B^1, africanus $B^{2.3}$
36, 9 qui etiam sepultus est in c. C. via Appia VI k. Iun.] *sic* $B^{2.3}$ *cum FK,* depositus ui k. ian. in c. c. v. appia *loco diverso* B^4 *cum cl. I, om.* C^3B^1*: in archetypo recensionis posterioris haec videntur scripta fuisse ad marginem.*
39, 11 si quis episcopus mereretur] C^3B^4 *cum cl. I (sic). III, om.* $B^{1.2.3}$
44, 8 hoc audito maxentius] *sic (nisi fallit silentium Pertzii)* B^1 *cum* E^1, hoc audito a maxentio $C^3B^{2.3.4}$, hoc audito maxentio *cl. I*
47, 13 ex dono] C^3B^4 *cum cl. I. III*, et dona $B^{1.2.3}$
53, 29 aureos purissimos] *cl. I*, aureos purissimo C^3B^4, auro purissimo $B^{2.3}$, ex auro purissimo B^1 *cum cl. III*
73, 2 Nepotiano] B^1, et nepotiano $C^3B^{2.3.4}$, et nepotiani *cl. I. III cum FK*
88, 6 Caelestium] C^3B^4 *cum cl. I*, caelestinum $B^{2.3}$ *et cl. III*
99, 13 ex argento] C^3B^4 *cum optimo cl. III, om.* $B^{1.2.3}$*, deficit cl. I*
108, 14 concas striatas] C^3 *cum* A^1, concas triatas $B^{1.2.3}$, concas striadas B^4
119, 1 de regione V tauma] C^3B^1 *cum cl. III*, de regione u (*om.* tauma) $B^{2.3.4}$ *cum cl. I*
126, 19 Venantium episcopum urbis Romae] B^4 *cum cl. I lectione perversa, sed sine dubio primitiva,* presbiterum *pro episcopo substituunt* $B^{2.3}$ *cum cl. III (in his* C^3*)*
160, 7 ptochium] *sic fere III meliores (cum* C^3*),* hospicium B^4 *interpolans,* xenodochium $B^{2.3}$ *cum cl. I*
162, 15 indictione VII] *om. meliores, habent* C^3 (iiii *pro* uii) B^4 *soli*
182, 15 hieraticos] B^4 *cum* E^5 *et actis concilii,* in hereticos C^3, hereticos $B^{2.3}$ *cum cl. I et plerisque cl. III*

T coll. Taurinensis F. IV. 18 saec. VIII (Duch. p. CLXXV), antea Bobiensis. Codicis huius, quo continetur antiphonarium saec. XII, folia duo rescripta habuerunt antea ex libro pontificali partem vitae Hormisdae p. 129, 12 *episcopo iohanne* et Iohannis I ad p. 134, 16 *cum cereos et cru* scripta litteris minusculis. Ego non vidi; adhibui ad apographum ab Aem. Chatelain subministratum Duchesnio. — Fragmentum non solum

exiguum est, sed etiam nequaquam bonum, pluribus locis (129, 20. 130, 11. 25. 131, 8) habens emendationes et corruptelas aut cum aliis communes aut sibi proprias.

Trevirensis 1341 saec. XII/XIII (Duch. p. CLXXVIII), antea sancti Matthiae propе Treviros. Subscriptionem, quae pro titulo est, rettulimus p. XIII. Finit pariter atque Coloniensis in Stephano III. Index paparum interpositus inter epistulas et vitas inscriptus ita ut inscribitur is Coloniensi (sed *sedis ap.*) finit a manu prima in Hadriano I. — Librum pendere ex Coloniensi nostro B^3 ostendunt praeter locos supra p. LXXXVII adlatos inter alios hi: *Q spec.*

68, 24 picturas] picturi B^3QC^{2c}
104, 18 duas beati pauli apostoli *om.* $B^3QC^{2c}P^1$
149, 12 hodie] in hodierno die B^3, in hodiernum diem QA^6
150, 6 hereticum *om.* B^3QA^6
150, 8 sanctissimi *om.* B^3QA^6
172, 3 occurri] currere B^3Q
172, 6 martyri *add.* $B^3C^{2c}QA^{6.7}$
173, 1 clxxxuii] cxxxuii $B^3QC^{2c}A^{6.7}$
173, 3 simul *om.* $B^3QC^2A^6$

Alibi interpolationes habet aliunde derivatas:

187, 9 uigili] iulii *cum* $E^1X^{2.3}$

Trevirensis 1344 saec. XIV (Duch. p. CLXXVIII) antea monasterii Trevirensis S. Agnetis descriptus est ex Trevirensi 1341.

Trevirensis 1348 saec. XV (Duch. p. CLXXIX) antea monasterii Hym-rod. (= Himmerode) propе Treviros item descriptus est ex Trev. 1341.

Bruxellensis 8380 + 9012 saec. IX/X (Duch. p. CLXXIX. CLXXXVIII), antea Audomarensis abbatiae Bertinianae, deinde Bollandianorum. Specimen sumpsit Franciscus Cumont. Titulos (p. XII) iam deficientes explet liber ex hoc descriptus Audomarensis (Duchesne l. c.). Imperfectus incipit in Fabiano p. 27, 7 *fabricas per cimiteria*, finit in Stephano II (752—757). Quibusdam locis praestat sociis $B^{6.7}$: *B^5 spec.*

104, 19 de quas] B^5 *cum melioribus,* de qua $B^{6.7}$ *et deteriores*

Inveniuntur interpolationes huic libro propriae:

64, 13 nomini christianorum *om.* B^5 *cum deterioribus quibusdam*
68, 19 argenteam] auream B^5

Liber emendatus est ad codicem familiae primae:

64, 10 quiriacetis] B^{5p} *ut reliqui cl. II,* cyriacae B^{5c} *cum cl. I*

Audomarensis bibliothecae publicae 188 saec. XI (Duchesne p. CLXXIX), olim ecclesiae eius collegiatae, descriptus est iussu episcopi Wigumadi ex eo qui praecedit.

Vindobonensis 473 (hist. eccl. 90) saec. X potius quam IX (Duch. p. CLXXIX cum tabula IV, 2), olim servatus Vormatiae ad sancti Petri. Specimen sumpsit Hartmann. Deperdito folio primo deficiunt epistulae praefatoriae et indicis paparum principium; propter titulum secundum v. p. XII. Finit pariter atque Bruxellensis in Stephano II; index paparum vitis praepositus pervenit ad successorem eius Paulum I spatio enuntiato (757—767). — Praestat gemello Ambrosiano 186, 8 *(in athenas] madianas B^6, medianas B^7).* *B^6 spec.*

Mediolanensis Ambrosianus M 77 sup. saec. IX/X (editionis Muratorianae codex A; Waitz *neues Archiv* 10, 456; Duch. p. CLXXX. CLXXXVIII) olim monasterii Bobiensis praecedentis gemellus. Propter titulum v. p. XII. Pervenit et ipse ad Stephanum II, index paparum vitis praemissus ad Paulum I. *B^7 spec.*

Tres libros Bruxellensem 8380 + 9012 = B^5, scilicet demptis emendationibus, Vindobonensem 473 = B^6, Mediolanensem Ambrosianum M 77 sup. = B^7 descendere ex eodem archetypo ad classem secundam referendo declarat communio tam errorum: *$B^{5.6.7}$*

64, 7 sigillis] singulis $B^{5p\cdot6\cdot7}$ *cum* $D^{1\cdot2}$

149, 15 sancti iuuenalis] sanctae iuuenalis $B^{6p\cdot7}$ *cum* D^2 *(*D^1 *deficit)*

171, 1 xui] xuii $B^{5\cdot6\cdot7}$ *cum* $D^2X^{2\cdot3}$ *(*D^1X^1 *deficiunt)*

quam lectionum consentientium cum optimis classis secundae:

171, 1 tigulis] $B^{6p\cdot7}$ *cum* B^4 *et optimis cl. I,* tegulis *plerisque*

171, 10 qui appellatur] q̄ā *archetypum cl. II,* quam $B^{5\cdot6\cdot7}$ *cum* B^4D^2

173, 7 fecit autem . . . obtulit *additamentum om. ut cl. I et III, ita ex secunda* $B^{5\cdot6\cdot7}C^{3\cdot2p\cdot4\cdot5p}$

182, 15 iheraticos B^6 *fere ut* B^4, hereticos *plerique*

Uno loco 4, 8 duo libri $B^{6\cdot7}$ eandem lectionem habent quam infra ex $D^{1\cdot2}$ attulimus consentientem fere cum epitomis. Propria tamen bona cum hi libri nulla habeant, scilicet nullo loco quod sciam ne in hac quidem classe soli antiquam lectionem servarint, eorum varia lectione apparatum nostrum onerare nolui.

D^1 *spec.* Parisini 5516 saec. IX, cuius partem posteriorem supra p. LXXIX recensuimus inter libros classis primae, pars prior usque ad finem vitae Agapiti (p. 1—143) postea adiecta est ad volumen explendum foliis quibusdam post Agapitum vacuis relictis. Ea huius classis est. Propter titulum vide p. XII.

Parisinus 2769 saec. IX (Duch. p. CXCIII), antea Bellovacensis, f. 31—54. Incipit imperfectus in Constantino p. 224, 8 *in die autem,* finit in Stephano II, ad nostram partem igitur vix pervenit.

D^2 *spec.* Leidensis Vulcanii 58 saec. XII (Duch. p. CXCIV), item olim Bellovacensis, descriptus ex eo qui praecedit eius vices facit, quatenus pervenit. Quaternionibus duobus evulsis deficit in vita Iohannis VII p. 220, 11 *hos nequaquam* rediens in vita Stephani II p. 445, 15 Duch. *et adsumens,* in quo papa finit. Consentit fere cum Parisino 5516 = D^1 (103, 2. 10 cet.); ubi differunt, praestat interdum Parisinus (ut 104, 19), saepius Leidensis (64, 8. 101, 3. 102, 5. 7).

$D^{1\cdot2}$ Parisini 5516 pars prior = D^1 et Leidensis = D^2 in universum exhibent textum classis secundae; ex locis ab ea recedentibus selegimus hos:

3, 1 quae *et* et testimonio eius hoc est *om.* $D^{1\cdot2}$ *cum FK*

4, 8 presb. x diac. uii ep. per diuersa loca numero tres $D^{1\cdot2}B^{6\cdot7}$ *Cr.,* diac. uii presb. x ep. tres *FK, diverse reliqui*

11, 11 hic constituit . . . et cetera $D^{1\cdot2}$ *cum FK, om. reliqui*

20, 8 celebrare dum episcopus missam celebraret *habent* $D^{1\cdot2}$ *inter* et ministros *et* celebraret ante sacerdotes, *additamentum librorum FK et cl. III (quamquam quaedam in his differre editio ostendit) insrentes loco alieno*

29, 2 de sua confirmatione] d. s. c. martyrii $D^{1\cdot2}$ *cum K*

29, 3 de Celerino lectore] dedit celerino lectori $D^{1\cdot2}$ *cum* $B^{2\cdot3}$ *et dett.*

30, 11 ante templum palladis $D^{1\cdot2}$ *cum III, om. II*

31, 6 hoc autem factum *et quae sequuntur* $D^{1\cdot2}$ *cum III*

73, 4 hostiae ostensis $D^{1\cdot2}$: hostiae *II,* ostensis *FK III*

101, 6 euthici et nestorii per quosdam episcopos $D^{1\cdot2}$; per quosdam episcopos *II. III,* euthicen et nestorium *F*

150, 2 prona] bona D^2, pro bona *cl. III*

Libros hos ut modo vidimus consentire aliquoties in erroribus cum $B^{5\cdot6\cdot7}$, ita hic apparet eos admisisse hic illic corruptelas redeuntes in $B^{2\cdot3}$ (29, 3) vel classi tertiae proprios (30, 11. 31, 6. 150, 2). At aliis locis, ut supra (p. LXXI) iam observavimus, lectio eorum consentit aut cum epitome utraque (3, 1. 4, 8. 11, 11. 20, 8) aut cum Feliciana sola (101, 6) aut cum sola Cononiana (29, 2). Adiecta haec esse post tempus inde confirmatur, quod verba 20, 8 inserta sunt loco non suo, nec desunt dittographiae (73, 4. 101, 6). Haec unde adsciverit qui huiusce familiae principem librum scripsit

dubium est; sed cum neque classis tertiae libri haec omnia suppeditare potuerint nec magis credibile sit utraque epitoma eum usum esse, verisimile est adhibuisse eum exemplar aliquod epitomae plenioris, unde profectae sunt duae quae supersunt.

Leidensis Vossianus Q. 60 saec. VIII/IX (Duch. p. CLXXVII. CLXXXIX. CXCII cum tabula V, 1) antea fuit Remis in sancti Remigii, cuius episcopi in margine adnotantur. Titulos rettulimus supra p. XIII. Index paparum insertus inter epistulas et vitas a prima manu pervenit ad Stephanum II, in quo item liber finit. Codex, cui Duchesnius uno loco (vol. 1 p. 283) primatum tribuit in parte posteriore, alio (praef. p. CXCII) eum a Theodoro inde ait accedere ad libros $C^{2.3.4}$, vere cum his communia habet nulla (nam casu puto 31, 5 C^1 prope accedit ad C^3). Spatia episcopatuum cum iis, quae distinguunt libros $C^{2.3.4.5}$, in libro C^1 nullo loco consentire ex laterculo p. XLIII seq. intellegitur; glossa 43, 10 *nouellae*, quae huiusce ordinis tamquam nota est (vide p. LXXXII), in hoc libro non magis comparet. Omnino liber est ex classis secundae deterioribus. Propria bona habet nulla. Cum melioribus facit paucis locis (ut 29, 5 *catatumbas* — 171, 4 *exquesit* — 182, 15 *heraticos*), plerumque repraesentans textum classis secundae vulgarem qualem habent item $P^{1.2}O$ et cum his saepenumero in emendationibus erroribusque consentiens: C^1 *spec.*

3, 5 superuenientium] superuenientibus $C^{1p}QP^{1.2}O$
16, 4 nullus monachus] nulla monacha C^1 *et fere deteriores*
60, 3 ccccl] cccl $C^1P^{1.2}$
60, 9 ccclxxx] ccclxxxii $C^1P^{1.2}$
101, 6 per quosdam episcopos] per quendam episcopum $CP^{1.2}$
148, 2 uuitigis] gothicem C^1, gothice $P^{1.2}$
148, 4 uilisarium] bellisarium patricium $C^1P^{1.2}$
149, 5 guintarit] guint(h)arium $C^1P^{1.2}$
149, 13 pauperum] pauperibus $C^1QP^{1.2}$
150, 14 nepotem suam uigilia] nepotem suum uigili C^1P^1
152, 6 ubi] ubicumque C^1P^1
154, 9 ago minus ne] agimus non C^1
171, 7 lib. sing.] lib. C^1, lib. totidem $P^{1.2}$
173, 1 clxxxuii] c C^1
173, 1 arcus arg. u] arcus arg. *(om. numero)* $C^1P^{1.2}$
173, 3 libras sing.] l. u $C^1P^{1.2}$
173, 4 et dedicauit] aedificauit $C^1P^{1.2}$
186, 5 eosdem missos] easdem missi C^1
186, 6 uigorem] figuram C^1P^2O *cum* C^2
186, 11 ei obuiam *om.* C^1P^2O
188, 4 diagrafa] diagraua C^1 *fere cum* $C^{2.5}$, praecepta grauia P^2

Accedunt interpolationes quaedam adscitae ex exemplari aliquo contaminatorum:

51, 4 sic missas celebrarentur *add.* C^{1c}
103, 6 et dioscorum *add.* C^{1c}
104, 13 quas fidei] per quas fidem C^1 *et deteriores multi*
213, 3 uel ocius C^1GE^1

Variam lectionem praeter specimen dedi ad Vigilii vitam totam et ad vitam Sergii, non propter libri virtutes, sed propter patroni.

Vindobonensis 388 (hist. 28) saec. XI/XII (Duch. p. CXCI). Specimen sumpsit Hartmann. Finit in Stephano II. — Codex in universum ex classis secundae deterioribus aliquam affinitatem in vitiosis praesertim habet cum libris $C^{2.3.4}$, ut ostendunt lectiones hae: C^6 *spec.*

29, 5 catatumbas C^{5p} *cum* C^3

29, 5 acceptum *om.* C^5 *cum* $C^{2.3}$ *et III*
30, 15 consideres] confiteres $C^{2p.5p}$
50, 2 *vide ad* C^3 (p. LXXXII)
51, 4 sic missae celebrarentur C^5 *cum* $^{2p.4.5}$ *et III*
64, 8 *vide ad* C^3 (p. LXXXII)
66, 1 *vide ad* C^4 (p. LXXXIII)
102, 10 ꝯccc] cccc C^5 *cum* $C^4E^1C^1$
104, 18 obtulit] obtulerat C^5 *cum* $C^{2.3}$
188, 4 diagrafa] ditgraua C^{5p}, ditgrauia C^{5c}, diagraua C^{2p}

Praeterea in iis quae differunt a classis secundae textu communi liber errat aut cum deterioribus aut errore proprio:

3, 5 superuenientium] superuenientibus C^5 *cum* $C^{1p}P^{1.2}O$
4, 2 profligetur] profluent C^{5p}, profluant C^{5c} *solus*
28, 4 africa] africanus C^5 *cum* $B^{2.3}QO$
29, 1 scriptam] *sic plerique,* susceptam B^6, scep susceptam scriptum *(sic)* C^5
29, 6 posuit] exposuit C^5 *cum O*
30, 17 pauescas *ins.* C^5 *cum* $P^{1.2}O$
186, 11 ei obuiam *om.* C^{5p} *cum* C^1P^2O

Tolosanus 365 saec. XII (Duch. p. CXC). Simillimus nostro C^5.

Parisinus armamentarii 679 (Duch. p. CXC) saec. XIV, antea S. Martini a campis prope Parisios. Item simillimus nostro C^5.

Gratianopolitanus 16 saec. XII (Duch. p. CXC). Similis nostro C^5; sed in quibusdam teste Duchesnio declinans ad familiam *B*.

P^1 *spec.* Florentinus Laurentianus plut. XX cod. 10 saec. XI (Waitz *neues Archiv* 10, 456; Duchesne p. CXC). Titulum rettulimus p. XIII. Finit in vita Martini I 183, 18 *qui facta pace cum sancta dei ecclesia colligens exercitum,* quae verba cum minio scripta sint et paginae pars reliqua a primo librario vacua relicta sit, ostendunt codicem descriptum esse ex archetypo mutilo. Index paparum interpositus inter epistulas et vitas finit ut in C^1 in Stephano II.

P^2 *spec.* Parisinus 16897 saec. XII (Duch. p. CXC). Specimen sumpsit Vidier. Finit in Stephano II. Index paparum ad Paschalem I (817—824) cum spatiis, sine iis ad Marinum (882—884) continuatus post alia legitur in fine voluminis.

Parisinus 5141 saec. XIV (Duch. p. CXC) olim Trecensis, antea P. Pithoei descriptus est ex Parisino 16897.

$P^{1.2}$ Duos libros Laurentianum 20, 10 = P^1 et Parisinum 16897 = P^2 gemellos esse specimen (68, 25 et alibi passim) declarat. Secundae classis lectiones sequi solent, sed sunt ex pessimis huius ordinis (51, 7) cum recensione Guillermiana ad classem tertiam potissimum applicata interdum concordantes (51, 7. 60, 3. 9).

Codices quinque hos:

Alencionensem n. 18 saec. XI (Duch. p. CLXXX)
Rotomagensem A 24 saec. XI (Duch. p. CLXXXI)
Parisinum 5094 saec. XI (Duch. p. CLXXXI)
O spec. Vaticanum Ottobonianum 2629 saec XV (Duch. p. CLXXXI), antea Petavii, deinde reginae
Parisinum 5145 saec. XV (Duch. p. CLXXXI)

Duchesnius l. c. demonstravit descendere ex exemplari libri Pontificalis scripto moderante Ademaro Cabannensi monacho S. Eparchii prope Angoulème, dedicato episcopo Rohoni Engolismensi (1021—1031). Finiunt nihilominus exemplaria recensionis eius quae supersunt plena in Leone IV (847—855), cum epitomae inde profectae (vide infra p. CIV) ulterius descendant. Archetypum recensionis eius Duchesnius iudicat

prope accessisse ad nostrum B^2. Ego satis habui in locis speciminis causa selectis ad Cornelium usque et ad Vitalianum lectionem adscribere libri Ottoboniani, quem tamen Duchesnius ait hic illic immutatum esse. Interpolationes insunt redeuntes aliae in $B^{2\cdot3}$ (vide supra p. LXXXVII), aliae in $P^{1\cdot2}$ (30, 17. 188, 4); in alio loco (2, 10) iungitur cum vera lectione interpolata deteriorum classis primae. Quod ait Duchesnius (I p. CLXXXI) in indice Ademariano Anicetum Pio praeponi, Anterotem Pontiano, passim alibi redit. Scilicet in hac deterrimorum sentina omnia confunduntur.

Epitome libri pontificalis, quam exhibent codices quattuor hi:

Monacensis 14387, antea Ratisponensis saec. IX (non est apud Duch.) f. 8: *incipiunt nomina episcoporum urbis Rome.* *N spec.*

Monacensis 6385, antea Frisingensis 185 (non est apud Duch.), saec. X, sine titulo. Descriptus videtur ex praecedenti, etsi quaedam differunt.

Vaticanus Palatinus 39 saec. XI (Waitz *neues Archiv* 10, 464; Duch. p. CCIV), inscriptus ita ut Monac. 14387. Ediderunt Schelestrate ant. eccl. 1, 611—619 aliique. Imperatorum spatia adiecit manus secunda.

Valentianus 65 saec. IX (Duch. p. CCIV).

finit in Stephano II (752—757); successoris Pauli nomen solum addunt Monacenses duo. Omisso Stephano III Hadriani I et Leonis III nomina sine spatiis addita sunt a manu posteriore in Monac. 6385; omisso item Stephano III nomina sine spatiis continuat ad Paschalem (817—821) Palatinus, ad Leonem IV (847—855) Valentianus. Epitomator praeter nomina et patres patriasque et spatia enotare solet ordinationes, praeterea constitutiones potiores. — Sequitur epitome codicem classis secundae (vide e. c. 94, 2) non optimum (adest interpolatio *nulla monacha* 16, 4), receptis etiam tertiae lectionibus quibusdam (ut 45, 1). Habet praeterea interpolationes non paucas, uno loco 18, 6 communem sibi cum sola epitoma Feliciana, alio 29, 11 ordinationes de suo interpolavit, nec raro praeterea exhibet interpolationes sibi proprias (36, 6. 73, 4. 87, 2. 107, 8. 138, 8), Recepi lectionem variam potiorem non propter utilitatem librorum, sed propter aetatem.

CODICVM PLENORVM CLASSIS TERTIA.

Mutinensia libri Pontificalis excerpta inserta sunt codici bibliothecae Mutinensis ord. 1 cod. 12 saec. VII fin. vel VIII incip. scripto litteris quadratis, quo continetur sylloge canonum enarrata a Maasseno (*Quellen* 1 p. 796), edita apud Zaccariam *raccolta di dissertazioni alla storia ecclesiastica appartenenti* (Romae vol. 2 a. 1780 p. 73 seq.; repetivit Gallandi de vetustis canonum collectionibus ed. Mogunt. vol. 2 p. 677 seq.). Excerpta spectantia ad librum pontificalem edidit item Duchesnius vol. 1 p. CXCVI descripta sibi a Bertolottio habuique eadem ego descripta a Merkelio, a Duemmlero recognita (cf. Waitz *neues Archiv* 4, 235. 9, 464. 11, 226). — Interpositis alienis non paucis excerpta ita facta sunt, ut uniuscuiusque papae decretis aliunde notis constitutiones in vitarum corpus relatae adiungerentur. Incipiunt a Petro, finiunt in Leone codice mutilo, ut plura possint secuta esse. — Verba epitomator aliquoties (ut 41, 8) raro tamen mutavit. — Excerpta cum inter libros corporis integri proxime accedant ad contaminatos nostros, quos videbimus formatos esse ad exemplaria duo alterum pertinens ad recensionem priorem, posterioris alterum classis secundae, quaestio oritur, utrum excerpta sumpta sint ex recensione priore an et ipsis subsit exemplar contaminatum. Retinent sane excerpta haec vetustissima quibusdam locis ibi antiquam lectionem, ubi contaminati nostri ab ea discedunt, ut 27, 5 *dividit* Mut. habet cum bonis libris reliquis, *diuisit* $E^{1\cdot6}$; pluribus tamen classis tertiae corruptelae sine dubio non derivatae ex exemplari illo recensionis prioris item adsunt *Mut.*

in excerptis Mutinensibus, id quod facit ad archetypi contaminatorum aetatem determinandam:

10, 3 quando missae celebrantur] *comma omissum in epitomis duabus, additum ut videtur in recensione secunda, adest in Mutinensi*

11, 9 sedis apostolicae] *I cum FK,* patriarchae *Mut. cum II. III*

49, 10 consignet] *I. II eaque videtur lectio antiqua,* consignent *Mut. cum III et FK ex emendatione ut videtur*

75, 16 scrinium sanctum] *I. II,* scrinium sanctae sedis *Mut.,* scriniarium sanctae sedis $E^{1.6}$

93, 3 monacha] *meliores, in his* E^6, monachus *Mut. cum* GE^{1p}

K Cononianam epitomen infra demonstrabimus passim servavisse lectionem primitivam non raro adsentiente altera Feliciana, aliquoties solam. Nihilo minus item epitome ea referenda est in ordinem librorum contaminatorum consentiens cum iis non solum in lectionibus veris, quae tam in epitomen quam in classem tertiam possunt venisse ex recensione priore, sed item ibi, ubi libri contaminati errant et maxime ubi breviant. Errores eiusmodi et interpolationes cum iam in parte priore epitomis duabus communi non desint (vide in elencho lectionum classi tertiae propriarum, quem infra p. CXXV seq. dedimus, locos 7, 13. 11, 6. 14, 11. 36, 6. 37, 4. 87, 10), ita abundant in parte secunda (vide in laterculo eodem inter alios locos 162, 5. 164, 6. 171, 1. 198, 16. 205, 1), quamquam ne in hac quidem desunt loci interpolati in classe tertia, recte scripti in *K* (161, 11. 186, 10. 195, 3. 198, 2). Propria quae in hac parte habet epitome Cononiana (153, 4. 166, 16. 187, 3. 196, 4. 207, 2) nec numero multa sunt nec ab interpolationis suspicione aliena, ut 187, 3 ad sanctum Petrum librarius fortasse de suo addidit sanctum Paulum, similiter atque librarius E^4 paullo post (187, 6) pro Petro Paulum substituit.

E^5 coll. Farnesianus codex saec. IX (Duch. vol. 1 p. CXCIX), scriptus totus litteris quadratis, quales repraesentant specimina de quibus infra dicetur Bianchiniana. De aetate inde constat, quod continebatur libro vita Sergii II († 847) neque quisquam indicavit librum a diversis librariis scriptum fuisse. Primus libri meminit Holstenius, qui eum contulit ad marginem exemplaris editionis Moguntinae servati hodie in bibliotheca Vaticana (vide infra inter editiones et apparatus), in praemonitis ibi sic de eo referens: 'inde 'pagina 54 [ed. Moguntinae] 'incipiunt collationes ms. Farnesiani scripti litteris maius-'culis, quo nihil antiquius extare puto, et codex haud dubie ante natum Anastasium 'scriptus fuit vel sane eo tempore, quo ipse Anastasius vixit'. Latentem deinde librum denuo indagavit Franciscus Bianchinius a. 1720 adservatum eo tempore in villa prope Parmam Colorni speciminaque inde sumpsit picta eumque contulit. Picturis illis haec praescripsit: 'specimen characteris celeberrimi codicis Farnesiani ... a me Francisco 'Blanchinio Veronensi ex autographo transcriptum Colorni in serenis$\overline{\text{s}}$ ducis Parmensis 'palatio suae celsitudinis permissu hac die 26. Octobris 1720 et em$^{\text{mo}}$ ac rev$^{\text{mo}}$ domino 'Ulyssi card. Gozzadino ibidem exhibitum, ut dignaretur cum autographo membranaceo 'codice figuras characterum conferre', subscripsit is: 'ita esse testor in scriptura cum 'autographo concordare ego infra scriptus V. I. card. Gozzadinus'. Hodie desideratur neque quamquam adiutus diligenter ab amicis Italis quicquam de eo rescivi. — Quid continuerit mutilus passim, ex adnotationibus Holstenianis certo perspicitur. Scilicet coepit prioribus deperditis in vita Silverii p. 145, 11 verb. *intra civitatem,* ante quae Holstenius adscripsit: *hic incipit ms. Farnes.,* pergens inde ad vitam Gregorii III, ubi p. 421, 12 Duch. ad verba *per diversa loca nu. LXXX* ex eo libro adfertur v. l. *XXVIII* et ad locum *qui etiam ... quatuor* adscribitur *ms. non agnoscit.* Deinde cum deficiant notae Farnesianae, in vita Zachariae ad p. 435, 13 Duch. ad verba *hic praecipuus* adscribitur *ms. Farnes.;* rursus in vita Stephani III p. 468, 19 ante verba

ipse vero legitur *deficit ms.,* item ad p. 471, 25 ante *in sella* rursus est *ms. Farnes.* deinde in vita Hadriani I ad p. 487, 2 post *absolvi fecit* est *hic deficit Farnes.;* et in vita Sergii II vol. 2 p. 88, 20 ante *tunc almificus* est *ex codice Farnesiano;* denique in eadem vita ad p. 101, 5 dextr. *hic multa desunt quae habentur in calce libri,* quibus respondent additamentis iis praescripta: *supplementa vitae Sergii II ex antiquissimis membranis Farnesianis.* Ea ex hoc codice solo et per solum Holstenium servata ex Holsteniani repetita leguntur p. 91 seq. Duch., finientia mutila p. 101, 5 *armatos obviati.* Pervenit igitur codex certe ad Sergium II (844—847) et potest plura habuisse. Bianchinius quae ex hoc codice habuit delineata, adservantur inter schedas eius in bibliotheca capitulari Veronensi cod. 438 vol. 5 indagata ibi ab Huelseno et mihi quoque visa, ediditque ea ipse ligno incisa omnia, scilicet ex hac parte nostra vitam Eugenii (p. 185) vol. 2 p. XXIII, praeterea vol. II p. LVII—LIX ex vita Stephani III codicis f. 60 fin. p. 453, 13 *et denuo . . .* 16 *in perpetuum pontificibus,* item folii 61 quattuor paginas versuum XXVIII, rectae priorem p. 453, 16 *apostolice . . .* 454, 5 *unamquamque,* posteriorem p. 454, 5 *auferens . . .* 454, 10 *Serra castel,* versae priorem p. 454, 10 *lum sancti . . .* 16 *personam despe* (edita finiunt p. 454, 13 *haec agerentur ipse*), posteriorem p. 454, 16 *ctui habens . . . insuper et rei publicae,* item f. 62 ex vita Pauli I verba prima p. 463 *Paulus . . . ab ineunte etate.* Denique pictura ibi est clericorum duorum volumen tenentium sinistra cum adscriptis his: *'in fine vitae sancti Leonis'* (immo Stephani) *III 'col. p^a. p^a. fol. 70, cui col. 2^a succedit initium vitae sancti Hadriani.* — Codicis deperditi lectiones suppeditant Holstenius (a quo pendet Vignolius) et Bianchinius; Duchesnius autem cum ad ipsam editionem volumen Holstenianum non adsumpsisset, in praefatione demum (vol. 1 p. CCII adn. 2) a Vignolio praetermissa aliquatenus explevit. Variam lectionem a Bianchinio enotatam frustra quaesivi inter schediasmata eius tam Romae in bibliotheca Vallicelliana quam Veronae in capitulari, sed fieri potest, ut fugerint nos inter adversaria illa amplissima. Itaque ea sola, quae inde transierunt in editionem nos referre potuimus imperfecta evidenter maxime in parte posteriore; praeterea cum editio subsistat in Paulo I, ex parte extrema per Bianchinium non novimus nisi supra indicata ab ipso delineata. Sed quae Bianchinius non praestat, habemus ab Holstenio, cuius de varia lectione perperam omnino iudicavit Duchesnius p. CCI contendens non enotata esse fere nisi quae ad numeros et nomina propria spectent; immo minoribus orthographicis grammaticisque spretis potiora omnia apud Holstenium reperiuntur diligenter perscripta nec nisi raro obscurata per variam lectionem codicum aliorum ab eodem item adhibitorum. Holstenius cum Farnesianum contulerit ad editionem Moguntinam, quae pendet a codice classis tertiae et textus etiam Bianchinianus in summa re eandem recensionem sequatur, verisimile est ubi de lectione Farnesiana diserta testimonia deficiunt, ad eam classem librum se applicuisse. Diserta autem testimonia, ad quae sola attendi, ubi aut duo auctores subministrant (apud me E^{5bh}) aut Holstenius solus (apud me E^{5h}) aut Bianchinius (apud me E^{5b}), curam egi, ubicumque ad rem faceret, ut apparatus id enuntiaret; apparatus noster ubi silet, de libri lectione scito non satis constare. Subieci lectiones ex hoc libro enotatas ei proprias aut mendosas aut suspectas:

145, 18 contra civitatem] extra ciuitatem E^5

145, 22 pugnando uicit] uicit E^{5}*[?]*

146, 1 ciuitatis mediolanae] c. mediolani E^5

146, 5 ui id. mai.] ui die mens. maio E^5

151, 3 uirtutem maiorem] uirtute magna E^5: *offendit librarium comparativus pro positivo*

152, 7 catinense] *sic vel* catenense *reliqui, etiam* E^1, catanense $E^{5.6}$

154, 11 pietati] magestati E^5
154, 11 restitue nobis] r̄ aug. restituetur uobis E^5 *manu secunda*
155, 20 timentem deum *om.* E^5
157, 1 inlustrio] inlustre E^5
158, 1 deseruimus] deserimus E^5
165, 10 ditauit] dotabit E^5
175, 8 a sancto (*vel* supra scripto) viro] ad sanctissimum petrum E^5
190, 13 aere qui . . . nauigatum fuerat secum abstollentes] aera quae . . . . . nauigata fuerant secum abstollentes E^5

E contrario Farnesianus non solum aetate libros contaminatos reliquos praecedit, sed etiam habet quaedam egregia, ut 182, 15 solus fere cum B^4 et aliquatenus cum C^3 veram lectionem *hieraticos* servavit, item barbarae formae in reliquis contaminatis fere oblitteratae ex hoc afferuntur, ut 145, 16 *ecclesias,* 210, 5 *acolotus.*

G coll. Vaticanus 3761 saec. X/XI (Waitz *neues Archiv* 10, 461; Duchesne p. CC. CCI) antea fortasse abbatiae Farfensis, deinde papae Nicolai IV (I. Giorgi *archivio della società Romana* vol. 20 a. 1897 p. 262), incipit mutilus in Damaso p. 84, 15 verbis *turio ferentino* et hiant prima folia hic illic usque ad p. 88, 7; finit item mutilus in vita Hadriani I p. 499, 24 Duch. *apostoli cortinam.* — Praeter ea, quae hic liber communia habet cum gemello E^6, de quibus mox dicetur, non pauca propria habet tam bona quam mala. Ut antiquitate socium vincit, ita non raro in melius ab eo discedit (vide in laterculo p. CXXV seq. locos 102, 6. 105, 11. 122, 5. 124, 16. 153, 8. 154, 6. 9. 157, 1. 170, 9 173, 4. 190, 15. 208, 9. 10. 214, 11. 21), sed e contrario multis locis magis corruptus est non solum additis erroribus (143, 7. 187, 5. 194, 4) sed etiam interpolatione ulterius prolata (134, 25. 147, 4. 177, 7. 188, 7. 194, 8).

E^6 coll. Florentinus Laurentianus plut. LXVI cod. 35 saec. XV (Waitz *Archiv* 10, 464; Duchesne vol. 1 p. CC. CCII. CCIII. vol. 2 p. II). Absunt a libro et praefationes Hieronymianae et index episcoporum; post paginas quasdam vacuas relictas praescriptis verbis *incipit chronica pontificum* incipit a vita Petri, finit in Stephano V (885—891) verb. p. 195, 9 Duch. *super altare* paginis pluribus post ea vacuis relictis. — Qui scripsit librum dittographias quasdam in ipsum textum admisit plerumque praemisso vocabulo aut *vel* aut *alias:*

30, 11 ante templum palladis] a. t. apolinis
46, 7 per ecclesias] in ecclesia
57, 2 recondidit] reconderet
63, 2 ex auro purissimo] $I\,E^1$, auream II, auream ex auro purissimo E^6
144, 5 confirmauerunt] ordinauerunt
194, 5 nouembris] decembris
208, 11 transitum] spatium

quarum pleraeque in aliis libris non redeuntes pro coniecturis habendae sunt ex margine archetypi in textum receptae, quarta certum contaminationis indicium prae se fert. Confirmat id quae de spatio Sergii I bis in libro enuntiato infra p. CXXXIV adnotantur. Additamenta quaedam recentiora, narrationem de monasterio Pudentianae 14, 17 et excerpta ex concilio Sinuessano 41, 8 rettulimus in laterculum p. CXXV, quoniam faciunt ad origines codicum posteriorum determinandas. — Orthographica librarius saeculi XV ad suae aetatis consuetudinem mutavit nec nisi raro (ut 145, 22 *fugierunt*) vetusta manserunt. Quapropter in apparatu codicem eatenus sprevi et minora haec raro inde rettuli.

GE^6 Duobus libris Vaticano 3761 saec. X/XI = G et Laurentiano 66, 35 saec. XV = E^6 propria est contaminatio cum classe prima, scilicet in corporis parte media a Iohanne I

ad Vitalianum (p. 133—189); certe neque in praecedentibus neque in extremis similia ego observavi. Cum conveniant non solum probabilia, sed etiam errores certi, consensus hic nullo modo revocari potest ad adhibitam recensionem priorem ab eiusmodi erroribus videlicet immunem. Denique ita consentiunt, ut appareat librario ei, ad quem haec redeunt, praeter exemplar classis primae etiam alterum praesto fuisse (133, 10. 139, 14. 182, 17. 183, 9):

133, 10 religiosus summo] *II et* E^1 *cum FK*, religiosissimus *I non dubio errore*, religiosissimus summo GE^6 *utramque lectione contaminantes*

139, 14 fecit constitutum ⟨ut sibi successorem ordinaret quod constitutum⟩: *comprehensa* ⟨ ⟩ *om. I et suo loco* GE^6, *sed omisso vocabulo extremo addunt eadem loco alieno ante* 16 diaconem; *itaque librarius archetypi secutus est exemplar cl. I, omissa explevit ex libro ordinis diversi loco non suo*

166, 7 intarta] antarta *G cum I*

168, 11 intarta] antarta A^1, antarcha A^2G

171, 11 palmata] $GE^{4.6}$ *cum I*, ad palmata E^1 *cum II*

177, 2 d. xuiii] *reliqui*, xuiiii *K*, *om.* GE^6 *cum I*

178, 7 quibus] cum quibus $GE^{1.6}$ *cum I*

179, 8 iudicio *om.* GE^6 *cum I*

179, 14 patriarcha] *reliqui*, episcopus et patriarcha *G cum I*

180, 12 fidem catholicae ecclesiae] *II* E^1 *cum actis concilii*, fidem catholicam (et *ins.* E^6) apostolicam ecclesiam GE^6 *cum I*

181, 10 sanctae] A^2 *et reliqui, om.* A^1E^6

182, 17 potueritis] *II* G^c, potueris *I* G^p

182, 21 omnem *I* GE^6, *om. reliqui*

183, 9 et] *I* G^p, ut *reliqui et* G^c

183, 17 pontificem] *I G*, pontifici E^6, se cum pontifice *reliqui*

186, 10 u die] *K et reliqui*, xu die GE^4 *cum I errore*

At non solum contaminationem cum classe prima duo libri *G* et E^6 communem habent, sed omnino pendent ex archetypo eodem meliore longe quam exemplum alterum utrum, multis autem locis iam vitiato. Archetypum id cum in disquisitione de libris contaminatis praecipuum locum postulet, duos illos libros, priorem imperfectum a principio et magis corruptum, sed antiquiorem, alterum recentiorem, sed nihilo minus emendatiorem in apparatum recepi. Similitudo codicum illorum intellegetur ex laterculo lectionum contaminatis propriarum, quem infra p. CXXV seq. dabimus. Hiatus habent communes maiorem 175, 1 . . . 176, 8, minores 99, 7. 172, 2. 177, 8. Depositionum dies postea adiectos, de quibus diximus p. LXVIII, hi duo libri plerumque omittunt, habent communes duos (ep. 66. 76), tertium (ep. 71) E^6 solus. Communes habent glossas non paucas (122, 5. 139, 22. 144, 6. 148, 2. 155, 13. 164, 6/7. 192, 13. 210, 22), in his unam 165, 7 insertam locis in utroque libro diversis et aperte ex margine in textum receptam; corruptelas insignes (142, 15. 154, 3. 210, 15); locos licentiose mutatos (128, 1. 144, 10. 16. 147, 5. 153, 10. 166, 4). In tanto consensu non desunt differentiae: praestat, ut laterculi nostri indicant, modo E^6 (93, 3. 134, 25. 143, 7. 177, 7. 187, 6. 8. 188, 5. 193, 20. 194, 4), modo *G* (102, 6. 105, 11. 137, 12. 145, 3. 148, 2. 154, 6. 190, 15). Reperiuntur dittographiarum archetypi quarundam reliquiae certae (110, 21. 153, 15. 212, 4), per quas explicantur item loci interpolati diverse, ut 194, 8 *per pisma* archetypi cum librarius neuter intellegeret, alter *scismica* reposuit, alter *pessime*.

Mutinensis VI. F. 5 saec. XI exeuntis (Duch. p. CXCIX. CCI; Mercati *studi e documenti di storia e diritto* vol. 17 a. 1896 p. 151), antea abbatiae Pomposianae. Titulo antiquo cum careat, praescripsit manus recens *liber pontificalis*. Vitae finiunt in Hadriano I p. 503, 3 Duch. *cum cancellis aereis*. Index paparum subiunctus per- E^4 *spec.*

venit a manu prima ad Gregorii VII annum nonum = 1082. Specimen misit ad locos selectos, quod receptum est in apparatum, et praeterea mihi contulit vitas I—XVIII Carolus Frati bibliothecarius Estensis, ex quibus vitis potiora a Fratio enotata subiunxi:

praef. Hieronymi: 1, 2 tuae] uestrae *et sic deinceps pro singulari perpetuo ponitur pluralis reverentiae* — deprecatur] curuo genu deprecatur — saecundum] secundum studium — 3 hoc c. pr. ut *om.* — 4 a beati petri apostoli principatum] a beato petro apostolo — *praef. Damasi:* 13 quod potuimus] ut potuimus — studium] studio — *Linus:* 5, 1 a. xi m. iii d. xii] a. xii m. xi — *post* 6 presb. xuiii *ins.* diac. *(sine numero)* — *Clemens:* 7, 2: tragali] eragari *(fere ut E^6)* — 4 adscriberet m. c. h. f. uii regiones *om.* — 6 suam *om.* — 8 aecclesiae pontificatum guvernandi] ecclesiam et pontificatum gubernandum — 17 dies xxi] d. xxx — *Anencletus:* 8, 5 construxit et conposuit] conp. et constr. — 6 seu alia loca *om.* — reconderentur] reconciliarentur — ubi tamen] ibi autem — *Euaristus:* 9, 5 neruae traiani] neruae et traiani — 8 ordinauit] constituit — *Alexander:* 10, 1 caput tauri *om. in sp. vacuo* — *Xystus I:* 11, 5 hic constituit . . . ministris *om.* — 8 parrociam suam] propriam parrochiam — *Telesphor:* 12, 5 et natalem] et tantum natale *(cum Mut.)* — 7 omni tempore] o. alio tempore — *Pius:* 14, 5 sub huius episcopatum] s. h. temporibus episcopatu — 8 uenit] uenisset — 11 ex iud. heresae] a iudeo *ante* hereticum *(cum Mut.)* — *Anicetus:* 15, 1 humisa] amisa *(cum FK)* — *Soter:* 16, 4 nullus monachus] nulla monacha — pallam] pallea *(cum Mut.)* — 10 mai.] mar. — *Eleuther:* 17, 2 paterno] paterianum — *Victor:* 18, 3 cesaris augusti *om.* — grauione] grauinione — 8 coronatur] coronari — 19, 1 interrogatione sacerdotum] ad interrogandum sacerdotium — 4 episcopo alexandriae] alexandrino — *Zephyrinus:* 20, 9 ante se sacerdotes a. s. m. celebrarentur *om.* — 16 episcopatum] episcopatus eius — *Callistus:* 21, 1 urbe rauennantium] u. rauennae — 3 theodoliobolli] elioballi — 9 transtiberim] trans tyberinam — *Urbanus:* 22, 5 hic uero confessor extitit temporibus diocletiani

Similem esse excerptis Mutinensibus et libris *G et E^6* quae inde attulimus declarant, et propius quidem tam in bonis quam in vitiosis accedit ad *G* quam ad *E^6* (102, 6. 105, 11. 187, 6. 188, 5), aliquoties item ad excerpta. *GE^6* ubi ad classem I declinant, id ipsum aliquoties certe (171, 11. 186, 10) facit Mutinensis. Paucis locis (ut 22, 5. 31, 6. 102, 12) in sua classe solus lectionem servavit veram veraeve propiorem; sed tantis vitiis liber obsitus est (cf. inter alia 22, 5 supra; 104, 19. 150, 2) tantaque licentia tradita reddit, ut utilitas eius nulla sit et iis quos nos adhibuimus Mutinensis posthabendus.

E^1 coll. Vaticanus 3764 saec. XI exeuntis (Duch. vol. 1 p. CXCV. CCII. CCIII et tab. VI vol. 2 p. II) propter litteraturae proprietatem a Giorgio (*archivio della società Romana di storia patria* vol. 20 a. 1897 p. 271), recte opinor, scriptus esse creditur in abbatia Farfensi. Innotuit ex monasterio Cavensi sanctae trinitatis, cui redditus est a. 1516 teste adnotatione in eo perscripta f. 7′ hac: 'iste insignis liber per multos annos deper-'ditus extra monasterium fuit; tandem rev. domino Nicolao Antonio Murensi episcopo 'procurante sacro Cavensi coenobio restitutus fuit tempore, quo pater dominus Chryso-'stomus de Neapoli eiusdem sacri monasterii abbas existebat, regiminis vero sui anno 'quinto, videlicet anno salutis 1516 die 18 Novembris'. Ex eo monasterio translatum esse Romam a. 1593 testatur Franciscus de Penia auditor Rotae in adnotatione ad apographa duo (Ambros. G 100 inf. et Vatic. Ottob. 993) hac: 'Supra Salernum in 'regno Neapolitano sita est civitas Cavensis et in ea insigne monasterium ordinis sancti 'Benedicti congregationis Casinensis sub invocatione sanctae trinitatis. In eo monasterio

'antiquus liber vetustis characteribus scriptus de vitis pontificum Romanorum extabat. 'Hunc librum instante domino Antonio de Aquino, qui illum in eo monasterio invenerat 'et domino Caesare Baronio petente F. cardinalis Montaltus eiusdem ordinis protector 'anno 1593 Romam afferri iussit, cumque ego Franciscus Penia Rotae auditor eundem 'librum nactus essem, eum servatis eisdem characteribus transcribi mihi curavi et per 'me ipsum cum antiquo exemplari, in quo sunt frequenter solecismi ob imperitiam for- 'tassis scriptoris, contuli, ut apparet in hoc libro'. — Pontificum series continua finit in Hadriano II (867—872); deficiunt vitae successorum trium Iohannis VIII, Marini, Hadriani III; Stephani V (885—891) est in hoc codice finiens imperfecte in verbis p. 196, 18 *et mox laeta* codice ipso integro, descripto igitur ex mutilo archetypo. Titulum nullum liber habet neque ante epistulas neque ante vitas. Indicis paparum interpositi inter epistulas et vitas (edidit eum Vignolius in praef. vol. 1), quatenus est a prima manu, spatia finiunt in Eugenio II († 827), nomina spatiis non additis in Hadriano III (884. 885), unde intellegitur archetypum scriptum esse saeculo nono exeunte. A librario primo praeter corpus vitarum scriptus est catalogus paparum cum rerum notitia brevi incipiens a Landone (913. 914), finiens in Gregorio VII († 1085), editus apud Bianchinium vol. 1 p. 5 et Vignolium (vol. 1 praef.), unde colligitur librum scriptum esse post huius papae obitum. Adsunt praeterea indices duo ab eadem manu profecti (supra p. LXXXIII memorati, ubi diximus de Parisino 5140 eiusdem aetatis) sepulturarum pontificum ad Zachariam († 752) editus p. LXIII. LXIV et patriarcharum Constantinopolitanorum ad Constantinum (674—677). — Codex scriptus a librario diligentissimo et pro ea aetate non indocto pendet a libris duobus. A dittographiis evidentibus quamquam paucissimis locis exceptis librarius prudens abstinuit, duplicis archetypi copiam ei fuisse ut declarant spatia episcoporum passim ab ipso librario ita emendata, ut modo prior lectio, modo posterior formam antiquiorem sequatur (vide supra p. XLIII seq.), ita confirmant id loci reliqui omnes fere, ubi librarius duplicem lectionem dedit priorem scripturam emendans. Scilicet alterum exemplum usurpavit tale fere, quale fuit archetypum nostrorum GE^6 et huic quidem similius quam illi, alterum archetypum gemellumve codicis nostri C^3; ipsum certe non adhibuit, cum interpolationes ei propriae (supra p. LXXXII) in librum E^1 non transierint. In laterculo infra p. CXXV seq. qui examinabit locos E^{1p} et E^{1c}, inveniet librarium passim hiatum cum E^6 convenientem explevisse ex codice qualis est C^3 (37, 4. 44, 17. 45, 8. 52, 14. 53, 22. 55, 11. 173, 5), item non raro lectiones redeuntes in E^6 mutavisse ad lectionem repertam item in C^3 (36, 6. 63, 24. 77, 4. 78, 12. 93, 3. 142, 15. 147, 21. 154, 3. 171, 4. 216, 5). Hiatum codicis C^3 duobus locis (37, 2. 131, 15), quantum vidi, secundis curis ad E^6 explevit, illius lectionis ad hunc correctae certum exemplum (cf. 34, 12) non inveni; dittographias denique, ut dixi, raro (120, 15. 151, 7. 210, 20) admisit. Patefacta ita codicis indole videamus de eius utilitate, quae est exigua; nam duo archetypa, a quibus pendet, etsi ipsa non extant, libris adhuc servatis ita repraesentantur, ut propter eos ad Vaticanum contaminatum non est quod attendamus. Cum GE^6 et passim, etiam ubi G differt, cum E^6 solo consentit E^1 tam in probis lectionibus quam in erroribus, inter quos non pauci sunt, qui tolli potuerunt adhibito codice altero, sed remanserunt (ut 16, 4. 70, 11. 94, 16. 97, 25. 99, 7. 105, 11. 109, 11. 188, 7 cet.). Quibusdam locis videmus exemplum huiusce recensionis ab E^1 adhibitum emendatius scriptum fuisse quam quod nos habemus recentissimum E^6; ita 121, 17 quod in E^1 mihi deprehendere visus sum vestigium lectionis vetustae *agere* pro *a rege* non est in E^6; 194, 8 quod est in E^1 *per scisma* praestat lectioni E^6 *scismica;* item 213, 3 *uelocius* E^1 alteri *uelociter* E^6. Sed pusilla haec sunt et nullius momenti. Loci ii, in quibus Vaticanus hic et Farnesianus ita conspirant, ut recedant a Laurentiano (148, 5. 161, 5. 165, 9. 182, 3. 192, 1), admodum rari sunt neque ita comparati, ut propter eos cogamur cogitare de tertio aliquo exemplari a Vaticano scriptore adhibito. — Secundum

codicem a Vaticani librario adhibitum gemellum fuisse nostri C^3 efficitur ante omnia ex loco 58, 6, a quo cum incipiat foliorum transpositio huic libro propria (p. LXXXII) et ad eam celandam vocabulum *qui* mutatum sit in *ubi,* transpositione sublata ope codicis alterius vestigium eius *ubi* particulam Vaticanus retinuit. Id ipsum varia lectio confirmat cum locis supra adlatis, tum aliis multis, ubi errores codicis C^3 in E^1 redeunt (104, 13. 19. 106, 4. 110, 1. 124, 9. 131, 15. 173, 1. 178, 5. 180, 6. 181, 14. 17 cet.). — Ex hac duorum textuum contaminatione lectiones codicis E^1 satis opinor explicantur, modo teneas scriptorem eius non ipsos libros C^3E^6 adhibuisse, sed eorum gemellos et non una ratione fieri potuisse, ut ubi hi consentiunt, ipse aliam lectionem poneret. Ita 56, 15, ubi *scapsis* est in C^3E^6, in E^1 est *capsis,* omnino ex facili coniectura propterea, quod sequuntur verba *territurio capsitano.* Alio loco 93, 3 *monacha* habent C^3E^6, verum *monachus* a prima manu E^1; sed utrumque perscriptum fuisse in librorum GE^6 archetypo declarat vera lectio in G retenta. Unum adsumendum est, quod facile sumi potest, adhibuisse librarium codicis E^1 praeter exemplaria illa duo libri pontificalis laterculum pontificum formae vulgaris. Nam cum duo codices C^3E^6, ut supra p. LVI exposuimus, a spatiorum numeris vulgaribus aliquantum recedant, liber E^1, quamquam illorum quoque numerorum notitiam habuit, plerumque ponit vulgares. — Quapropter liber Vaticanus, a quo per longa saecula corpus hoc vitarum pependit quemque in ordine contaminatorum Duchesnius quoque praecipue adhibuit, abiciendus est principatusque inter libros plenos omnino tribuendus Laurentiano licet recentissimo. Propria quae habet ille apud auctores non redeuntia (ut sunt in laterculum relata ad 89, 18. 98, 13. 99, 2. 103, 6. 110, 4. 126, 1. 145, 21. 154, 16. 157, 1. 187, 9. 188, 7) omnia aut ex errore orta sunt aut ex interpolatione, sed innoxia. Emblemata huic libro propria maiora reperiuntur haec:

33, 6 *narratio de martyrio Stephani I.*

115, 21 ut nullus ..... peruenire debet

116, 3 huius temporibus inventa est aecclesia sancti Angeli in monte Gargano.

201, 21 *fundatio ecclesiae sancti Georgii ad Velabrum addita curis secundis.*

Item computationes quae sequuntur interpositae locis his:

100, 15 *ante Leonem I:* a morte Silvestri usque ad hunc primum Leonem sunt anni XCVIIII m. V d. XXV.

160, 17 *ante Gregorium I:* a morte sancti Silvestri usque ad hunc primum Gregorium fuerunt anni CCXLVI.

191, 10 *ante Donum:* a tempore ordinationis sancti Gregorii papae usque hunc sunt anni XCV m. V d. XIIII.

Redeunt auctae, ut statim dicetur, in codice huic simillimo Parisino 5143 = E^2. Recensio Petri Guillermi (cod. Vat. 3762) pendens et ipsa ab hoc codice addit ante Silvestrum adnotationem similem: *a sancto Petro usque ad sanctum Sylvestrum anni CC mens. X d. XII* (Duchesne vol. 2 p. XXV.

Descripti sunt ex Vat. 3764 codices hi:

Mediolanensis Ambros. G 100 inf., scriptus, ut supra (p. XCVIII) diximus, a Francisco Penia, editionis Muratorianae codex *D.*

Vaticanus Ottobonianus 993 (Duch. p. CXCV), scriptus ab eodem, adhibitus a Blanchinio (v. ed. eius vol. 1 p. 3).

Vaticanus 4970 (non 4170; Duch. p. CXCVI) finiens in Stephano III. Ad hoc exemplar dicitur facta esse editio Moguntina a. 1602, perperam iudice Duchesnio.

Romanus Barberinianus XXXIV, 57 (Duch. p. CXCVI) initio imperfectus incipiens a Pontiano.

Romanus Vallicellianus C 1^b (Duch. p. CXCVI).

Mediolanensis Ambrosianus D 95 sup. f. 39—41 (Duch. p. CXCVI) subsistens in Aniceto. Adscriptum est: *le prime due carte dell' Anastasio copiate in Roma per il Velsero.* A Velseri exemplari pendet editio Moguntina.

Vaticanus 296 et Vaticanus 766 et Vat. Palatinus 1811 (Duchesne vol. 1 p. CCI. vol. 2 p. II; Giorgi *archivio della soc. Romana di storia patria* vol. 20 p. 31) saec. XII/XIII folia habent avulsa ex eodem codice libri pontificalis scripto, si verum vidit Giorgius, in monasterio Farfensi. Inde ad nos non pertinet nisi vita Constantini servata in cod. Vat. 296 inde a verbis p. 222, 12 *citus insulae Siciliae.* Eius variam lectionem apposui; convenit textus cum nostro E^1. *E^1 coll.*

Parisinus 5143 saec. XIV (Duchesne vol. 1 p. CXCVI. CCIII. vol. 2 p. II). Imperfectus principio incipit in vita Silverii p. 146, 1 *lyguriae mulieres.* Post Hadrianum II († 872) interposito indice paparum cum spatiis suis a Iohanne VIII (872—882) ad Anastasium III (911—913) sequitur vita Stephani V (885—891) desinens in verba p. 196, 1 Duch. *in ecclesia* paullo ante quam finit codex E^1. Specimen sumpsit Vidier. — Computationes quas rettulimus ex Vaticano 3764 excepta prima, quae cum principio intercidit, in hoc quoque libro reperiuntur adiectis duabus similibus his: *E^2 spec.*

ante Stephanum II: a tempore Doni papae usque ad hoc tempus sunt anni LXXIIII m. III d. IIII.

ad Stephanum V in margine: a morte sancti Gregorii primi usque ad hunc Stephanum anni sunt CCLXIII, m. V d. V.

Etiam quae de fundatione monasterii sancti Georgii in Velabro habet liber E^1 addita ibi curis secundis, in hoc redeunt.

EPITOMAE.

Basilica quae Romae est Paulina habuit aliquando episcoporum Romanorum imagines ad ordinem temporis dispositas in parietibus pictas adscriptis spatiis[1]). Eae quatenus antiquitus pervenerint ignoratur nec magis constat de imaginum aetate[2]). Quae ad a. usque 1823 superfuerunt parietis primi imagines et spatia (hodie ex spatiis certe pauca tantum elementa supersunt), pervenientes a Petro ad Innocentium I, descripta sunt ter, saec. XVII incipiente in codice Barberino 49, 16, deinde saec. XVIII bis tam a. 1720 a Bianchinio, qui eas edidit in Anastasio suo vol. 2 (1723) p. LXXXII—CVII (cf. p. LXXVI), quam a Marangonio (chronologia Romanorum superstes in pariete australi basilicae S. Pauli Romae 1751). Ex his apographis secundum et tertium picturas exhibere hic illic interpolatas demonstravit Duchesnius; Marangonius quamquam post Bianchinium picturas examinavit instructus apparatu magno, hic quoque neglegenter officio functus est. — Eum, qui spatia haec imaginibus appinxit codicem adhibuisse libri Pontificalis et tertiae quidem classis recte censet Duchesnius, neque facile alium adhibere potuit, nam in urbe Roma medio aevo eius generis libros potissimum adhibitos esse vidimus videbimusque. Proinde adsunt Anencletus, Marcellinus,

---

[1]) De his quae dicuntur, sumpsi fere ex Duchesnio praef. I p. XXV—XXXII. LXXXI—LXXXV.

[2]) Paries australis, a quo series coepit, imagines habuit ad Innocentium I; alter occidentalis olim periit ante quam describeretur; tertius septentrionalis et ipse mature destructus, si vera sunt quae de eo referuntur habuit imagines episcoporum plurium diversae aetatis nullo ordine dispositas, ex parte adeo geminatas. Inter eas cum dicatur fuisse Laurentii adversarii Symmachi, inde eius tempore imagines omnes pictas esse Duchesnius sibi persuasit, perperam omnino. Immo cum inter imagines nominentur Severini duplicata et Agathonis et Sergii I et Hadriani I, omnes pictae sint necesse est aetate Caroli magni, quo tempore si quis Laurentium adiunxit, id quod vix credibile, certe inde de aetate ordinis universi nihil concludi potest. Ceterum Duchesnius cum spatia iudicet adiecta esse post tempus, recte addit horum aetatem ex aetate imaginum non determinari. Iure imagines eas sprevit Bianchinius l. c. p. LXXII.

Felix II, Anicetus est ante Pium, Anteros ante Pontianum (haec tamen interpolando postea correcta sunt) et numeri quoque conveniunt fere maxime cum libro C^3. Spatia parietibus inscripta passim hiantia et incerta quamquam crisin non adiuvant, ne quid desit numeros subiecci ad librum Barberinum (in quo desiderantur n. 10. 11. 35. 36. 39. 40. 41. 42) numeris Bianchinianis (Marangonianos omisi) adiectis intra [ ]; testimonia ubi deficiunt, signum interrogationis posui.

1. Petrus	XXV	II	VIII [VII]
2. Linus	?	III	XI [XII]
3. Cletus	?	?	?
4. Clemens	VIIII	II	X
5. Anacletus	XII	X	V [VII]
6. Euaristus	X . . .	VI [VII]	?
7. Alexander	? [X]	VIII [?]	? [III]
8. Xystus I	?	III [?]	XXI
9. Telesphor	XI	II [III]	XXII [XXI]
10. Hyginus	om. [. . III]	om. [III]	om. [VIII]
11. Anicetus	om. [?]	om. [III]	om. [?]
12. Pius	? [XI]	IIII [?]	XXI [?]
13. Soter	VIIII [?]	III [?]	XXI [?]
14. Eleuther	?	? [IIII]	V
15. Victor	? [X . . .]	II [?]	X [?]
16. Zephyrinus	XVII	II	X
17. Callistus	V	II	X
18. Urbanus	VIII	I [XI]	XI [?]
19. Anteros	—	?	?
20. Pontianus	?	?	?
21. Fabianus	XIII	I	X
22. Cornelius	III [I]	— [II]	X
23. Lucius	III	III	III
24. Stephanus	IIII	II	XV
25. Xystus II	II	XI	VI
26. Dionysius	II [II . .]	III [II . .]	VII
27. Felix I	?	?	?
28. Eutychianus	VIII	X	III [II . .]
29. Gaius	XI	III [IIII]	VIIII
30. Marcellinus	VIII	II	XXI [XXV]
31. Marcellus	V	VII	XXI [?]
32. Eusebius	II	I	XXV
33. Miltiades	III	VII	VI [VII]
34. Silvester	XXIII	X	XXVII [XX]
35. Marcus	om. [II]	om. [VIII]	om. [XXI]
36. Iulius	om. [XI]	om. [II]	om. [VI]
37. Liberius	X	. . II [VII]	III
38. Felix II	I	? [III]	? [II]
39. Damasus	om. [XVIII]	om. [II]	om. [X]
40. Siricius	om. [XV]	om. [XI]	om. [XXV]
41. Anastasius	om. [II]	om. [—]	om. [XX . .]
42. Innocentius I	om. [XV]	om. [II]	om. [XX]

S spec. Vaticanus 1340 saec. XIV (Duchesne p. CCV). Post indicem imperatorum f. 373. 374 finientem in Friderico I († 1190) et alterum paparum f. 374. 375 finientem in

Clemente III († 1191) sequitur sub titulo *nomina Romanorum pontificum* epitome libri pontificalis formata ad cl. III et proxime quidem accedens ad C^3 (26, 2), cuius v. l. ad specimen enotavi.

Venetus Marcianus ius can. VII. 10 (Valentinelli 2, 229) teste Duchesnio (p. CCV) eandem epitomam exhibet. H^1 *spec.*

Vaticanus 3762 saec. XII (Duch. vol. 2 p. XXIV cum tabula). Recensio libri pontificalis haec continuata ad Honorium II († 1130) ordinata est a. 1142 a Petro Guillermo monacho monasterii Aceii dioecesis Remensis (ut demonstravit Duchesnius l. c.); pars eius posterior insignis est propter additamenta, quae Guillermus adsumpsit a Pandulfo Romano. Posteriore tempore additamenta diversorum auctorum vitas protulerunt ad Martinum IV (1281—1285). — Apographa codicis Vaticani quorum quaedam commentarium habent a Petro Boherio a. 1378/9 scriptum, enumerantur apud Duchesnium vol. II p. XXVII seq. haec: Leidense Vulcanii n. 33 — Lucense 552 — Matritense Escur. X III 9 (Duch. vol. 2 p. L) — Parisina 5142 et 11889 — Vaticana 1437 et 2039 et 4985 et 5623 (cf. Duch. 2 p. L) — Romanum Barberinum XII, 27 — Romanum Vallicellianum C 25 (cf. Duch. 2 p. L). Accedit Vallicellianum id quod sequitur cum sua propagine.

Romanus Vallicellianus C 79 (Duch. vol. 2 p. XXIX. XLV seq.) saec. XV apographum, ut modo vidimus, libri Petri Guillermi, huic adicit continuationes duas, quarum posterior pervenit ad Martinum V (1417—1431). Ex eo codice descripti sunt hi ex parte tamen aucti: Bononiensis bibl. univ. 763 — Bruxellensis 14814 — Farnesianus E. 4. 21 hodie deperditus visus Francisco Peniae [1]) — Matritensis P 91 — Mediolanenses Ambrosiani tres C 204 inf. (Muratorianus *C*) et H 111 sup. (Muratorianus *B*) in parte posteriore inde a Paulo (in anteriore eum vidimus p. LXXX pertinere ad classem primam) et H 253 inf. — Neapolitani duo regiae bibliothecae VIII C 11 et Brancaccianae 2 F 18 — Parisini duo 5144 (is est regius Fabrotianae editionis) et 5144 *A* (Mazarinaeus editionis eiusdem) — Vaticani tres 3763 et 6357 et reginae 1819 (huic librario duo codices praesto fuerunt, 'antiquior', nimirum Vaticanus 3762, et 'recentior' eiusdem ordinis etiam deterior[2])) — Romanus Barberinus XXXII 165 — Venetus Marcianus hist. eccl. cl. XXI n. 34 (Valentinelli 5, 249). Praescribi solet exemplaribus his adnotatio haec: *liber iste intitulatur Damasus de gestis pontificum, sed cum non potuerit nisi usque ad sua tempora scribere, quod superadditum est alterius est auctoris, cuius nomen non teneo; verum in vita Gelasii papae II quidam Pandolfus hostiarius affirmat se ista scripsisse, quod intelligi potest vel de toto opere usque ad sua tempora vel de vita Gelasii tantum, quod ex vita Pascalis secundi coniectari licet.* Sequitur observatio de Christo primo summo pontifice. H^2 *spec.*

Epitome Guillermiana quid mutet omittat addat, quatenus specimen pervenit, in apparatu ($H^{1\cdot2}$) indicatur; interpolationes in parte antiquiore huic recensioni proprias composuit Duchesnius (l. c. p. XXV). Inde repeto primam vitae Anencleti insertam: *duas etiam decretales epistolas omni sapientia plenas conscripsit. hic sub Domiciano principe martirii gloriam capitis obtruncatione suscepit.* Exhibet Guillermus in universum formam classis tertiae (vide inter alia 48, 20. 22); sed aliis locis lectionem $H^{1\cdot2}$

[1]) Penia in collectaneis bibl. Vallicellianae I 44 (inde Duch. vol. 2 p. XLVII) codicem ita describit: 'Codex Farnesianus signatus E 4 num. 21 exaratus in quarto fol. in pergameno, primus omnium, quos videre 'mihi contigit; est mutilatus: habet epistolas Damasi ot Hieronymi, vitam b. Petri prolixiorem [scilicet quam 'legitur in ed. a. 1602]; protenditur usque ad Martinum V. Ex eo excerpsi multas easque utiles varias lectiones. 'Fuit olim Stephani card. Nardini Foroliviensis'. Diversum fuisse ab antiquissimo eiusdem bibliothecae (p. XCIV) confirmat specimen lectionum mea causa a Georgio Karo ex Vallicelliano libro enotatarum. Ugolinius Vignolianae editionis continuator, qui neutrum librum ipse vidit, in praef. vol. 3 editionis eius (1755) duos libros Farnesianos confudit.

[2]) Ad 2, 3 *de uico* adscriptum est *terra addit r(ecentior)*, quod additamentum ex meis nullus habet.

sequitur classium primae secundaeque (ut 29, 3 retinuit *de celerino lectore*). Hic illic (64, 10. 151, 5 cet.) apparent interpolationes repetitae ex epitome $Z^{1.2}$ pertinente ad classem primam.

Accedunt praeter epitomas supra in classium recensum receptas aliae tam visae mihi quam non visae, quorum librorum sufficiet hoc loco indicem subiecisse.

Caesenas Malatestianus XXIII, 2 ed. Mucciolus cat. codd. mss. Caesenatium (1780) 2, 253. } eadem epitome (Duch. p. CCIII)
Vaticanus 1464.
Assisianus 227 (Duch. p. CCIII).
Alençon 2 (Duch. p. CCIII; *Cat. gén. des mss. des dép.* 2 a. 1888 p. 473).
Parisinus 15149 (Duch. p. CCIV).
Abbonis Floriacensis ed. in ed. libri pontificalis Moguntina a. 1602 ad cod. Floriacensem (Duch. p. CCIV).
Casanatensis 2010 (B. V. 17), aliquando Farfensis (Duch. I p. CCIV. II p. XVII; Giorgi *archivio della soc. Romana di storia patria* vol. 20 p. 278).
Leidensis Scaligeranus 49 (Duch. p. CCIV).
Vindobonensis 748 (Duch. p. CCV).
Rotomagensis U 84 (Duch. p. CCV).
Vaticanus 1364 } ed. Schelestrate ant. eccl. 1, 644 (Duch. p. CCV).
Vaticanus 6381 }
Vaticanus 341 (Duch. p. CCV).
Vaticanus 1348 (Duch. p. CCVI).
Leidensis Vossianus Q. 12 (Duch. p. CCVI).

Recensionis Ademarianae saec. XI (supra p. XCII) epitomen habent iudice Duchesnio libri tres hi:

Parisinus 2400 saec. XI (Duch. p. CLXXXII; Delisle *notices et extraits des mss.* vol. 35, 1 a. 1896 p. 296 seq.) scriptus moderante Ademaro. Specimen sumpsit Vidier.
Parisinus 2268 saec. XI (Duch. p. CLXXXIV). Specimen sumpsit idem.
Parisinus 5517 saec. XI (Duch. p. CLXXXIV).

Cardinalis Bosonis de vitis paparum collectanea (Duch. vol. 2 p. XXXVII seq.) applicata ad Cencii librum censuum, servata in cod. Florentino Riccardiano 228 indeque propagata in alios complures, non perveniunt nisi ad Iohannem XII (955—964) et ad tempora posteriora a Leone IX (1049—1054) ad Alexandrum III (1159—1181).

Lambertus canonicus sancti Audomari collectaneis suis, quibus *Floridus* vocabulum imposuit, inter a. 1120 et 1124 confectis inter alia inseruit multa ex libro pontificali, cuius ad partem eam, quam nos edimus, adhibuit codicem tunc Audomarensem, hodie Bruxellensem nobis B^5: quapropter satis habui secundum Duchesnium p. CLXXXV—CLXXXVII Floridi codices ab eo indicatos breviter recensere. Sunt autem hi:

Gandensis 16 archetypus scriptus ab auctore.
Cantabrigiensis KK. IV. 6 (= 2021).
Guelferbytanus Gudianus 1.
Hagensis 759.
Leidensis Vossianus fol. 31.
Duacensis 796.
Parisinus 8865.
Parisinus 9675.
Genuensis bibl. Durazzianae.

Parisinus coll. Dupuy vol. 702 f. 103 epitomen proponit libri pontificalis scriptam manu, ut videtur, Pithoei. Monuit Vidier.

Biturícensis 97 saec. XIII (Duch. p. CXCIV).

FRAGMENTA.

Recensentur sub hac rubrica fragmenta quaedam minora et inutilia codicesque ita imperfecti, ut ad partem eam quam edimus non perveniant.

Oxoniensis Bodleianus Laudianus 421 [893] (Duch. p. CCVI) habens titulum solum et epistulas praefatorias.

Montepessulanus n. 154 (Duch. p. CCVI) habens principium libri ad Clementem.

Friburgensis in Saxonia (ed. maiore ex parte Heydenreich *neues Archiv* 5, 210; cf. Duch. p. CCVI) saec. XII habet vitas Urbani, Eleutherii, Iohannis I solas. Proxime accedit ad Mutinensem E^4.

Vaticanus 267 saec. XI (Duch. non habet) in foliis quattuor ad principium finemve voluminis adiectis fragmenta duo proponit libri pontificalis, alterum a vita Agathonis p. 193, 19 *subsecuta est* ad vitam Iohannis V p. 205, 6 *in regia urbe*, alterum ex vita Gregorii II a p. 396, 9 Duch. *inquisitus* ad p. 409, 6 *Constantinopoli*. Non contuli.

Bernensis 412 saec. XIII (Duch. p. CLXXVIII) incipiens a Gregorio II.

Parisinus *nouv. acq.* 2252 saec. XI (Duch. p. CLXXX) incipiens a Gregorio III.

Vaticanus reginae 1964 (Duch. p. CC) habens vitas Stephani II, Pauli I, Stephani III, Hadriani I.

Annales Romani q. d. deprompti ex codice Vaticano 1984 (Duch. vol. 2 p. XXII) incipiunt a Benedicto IX (1032—1044).

EXCERPTA.

BEDA († 735) quae ex pontificali recepit in chronica inserta libro de temporibus maiori publici iuris facto a. 725 (edidi in chronicis minoribus vol. 3 p. 223 seq.), repetita deinde ex parte in historia Anglorum ecclesiastica, perveniunt ab Alexandro (c. 310) ad ipsum Gregorium II (c. 588. 589), quo sedente (715—731) chronica prodierunt, unde supra p. XV effecimus pontificalis libri exemplaria promulgari solita esse subinde aucta et ad praesens tempus continuata. Crisin pontificalis libri Bedana parum adiuvant, cum auctor vir doctus et Latine gnarus inconditum scriptorem raro ad verbum expresserit. Notabiliora in hoc genere inveni haec:

61, 25 sos(s)orian- *cl. II. III cum Beda,* sessorian- *cl. I*

66, 1 in sarcofago purpureo *cl. II. III cum Beda, om. reliqui*

83, 7 via ardeatina ubi requiescit *cl. I. III, om. cl. II cum Beda*

88, 10 testamenti *cl. II. III cum Beda, om. cl. I*

165, 5 beatae mariae semper virginis *cl. II cum Beda*, beatae ac gloriosae et dei genetricis semperque virginis mariae A^1

220, 1 cum terveli *(vel similiter)* $A^1C^3E^1$ *cum Beda, om.* $B^{2.3.4}$

Codex igitur, quem Beda adhibuit, classis secundae fuit; neque obstat, quod postremo loco Beda non facit cum libris $B^{2.3.4}$, nam ad additamenta extrema leges, quibus corporis crisis regitur, non perveniunt. — Propter locum martyrologii quod fertur sub nomine Bedae, ubi ad diem VIII id. Aug. citantur gesta pontificalia, adferuntur autem verba a nostris codicibus diversa, vide quae adnotavimus p. 34.

MARTYROLOGIVM HIERONYMIANVM cum ipsum, quale id exhibet codex optimus Epternacensis, Pontificalem librum tempore praecedat (vide p. XVI) inter additamenta, quae habet codex Bernensis saec. VIII exeuntis, iudice Rossio (in praef.

ad martyrologium Hier. p. X) dies sunt depositionis Anterotis (26, 11) et Martini I (184, 8) sumpti ex Pontificali.

PAVLVS diaconus non usus pontificali libro in historia Romana adhibuit eum passim in historia Langobardorum scripta saeculo octavo exeunte, scilicet inde a l. 2, 5 sive a Iohanne III (561—574) ad finem operis, quod pervenit ad a. 744. Ex chronicis Bedanis cum item non pauca exscripserit, pontificalis libri quae sunt, modo ex ipso affert, modo per Bedam. Chronica ea, quibus auctor pontificalis libri usus est (p. XIX), fieri potest, ut hic illic Paulus quoque adsumpserit utrumque volumen simul inspiciens; certe in iis quae de Narsete affert l. 2, 5 sunt et profecta ex pontificali et ab eo aliena et ita proferuntur, ut omnia in eadem relatione Paulus repperisse videatur. Ad crisin non multum Paulus confert, cum barbari auctoris verba raro retineat; uno loco p. 158, 12, ubi pontificalis scribit Narseten mortuum esse *post multum tempus* recte omnino, cum teste Agnello (c. 95) ad a. XCV advixerit, Paulus temere verba in contrarium mutavit addita negatione. Adhibuisse videtur exemplar classis secundae:

160, 2 absque iussione *cl. II cum Paulo,* ex praecepto *cl. I*

166, 8 contra quem pugnando A^1 *fere cum Paulo, sed fortasse ex emendatione loci perplexi,* qui pugnando *reliqui*

168, 10 eunuchus *cl. II cum Paulo,* exarchus *cl. I*

186, 11 miliario ui *cl. II et* A^2 *cum Paulo,* miliario u A^1

194, 1 binati *cl. II fere cum Paulo,* uel nati *cl. I*

GESTA EPISCOPORVM NEAPOLITANORVM (MG. scr. Lang. p. 398 seq.) scripta saec. VIII exeunte vel incipiente IX qui composuit, ex pontificali libro multos locos ad verbum fere exscripsit, usus exemplari finiente fortasse in Conone, cum excerpta deficiant in Iohanne V. Quatenus perveniunt excerpta, sequuntur in universum classem secundam, sed pertinent fere ad eam partem libri pontificalis, ubi codices omnes concordant; praeterea passim corrupta sunt a compilatore. Propter eas causas varia lectione plena apparatum meum onerare nolui, tamen ubi libri variant gesta adlegavi. Subscripsi locos quosdam ad iudicium quod tuli confirmandum:

101, 9 fidelem] *gesta cum plerisque,* orthodoxum $A^{1.2}$

102, 5 ccccui] *gesta cum plerisque,* ccccuiii $A^{1.2}$

125, 5 angelicum *add.* E^6*; eiusdem additamenti vestigia sunt in gestis*

127, 19 furore] *cl. II,* furia $A^{1.2}C^3GE^{1.6}$ *et gesta*

129, 15 acaci] *rel. et gesta,* anastasii A^1

148, 2 misit] *cl. II cum gestis,* commisit *cl. I*

149, 3 *additamentum cl. III abest a gestis*

157, 6 sindual *cl. II cum gestis,* sinduald $A^{1.2}$, sindualt $E^{1.6}$

176, 6 ex parte] $A^{1.2}C^3E^1$ *cum gestis,* parte *reliqui*

178, 10 ut . . . debuisset oboedire] $C^3B^{2.3.4}E^1$ *cum gestis,* ut . . . oboediret $A^{1.2}GE^6$

187, 3 *additamentum cp. K non habent gesta*

AVCTORES CAROLO MAGNO AEQVALES VEL POSTERIORES, ut librum pontificalem passim compilarunt, ita ad eius partis, quam nos edimus, textum constituendum non faciunt, cum codices complures extent ea aetate diligenter scripti. — Locum ex vita Xysti III 98, 6 citat Hadrianus I in litteris ad Carolum magnum (adlegatis ad l. c.) secutus lectiones classis nostrae primae. — Annales Fuldenses qui composuit ad a. 754 (MG. SS. 1, 347) praeter alios locum adhibuit ex vita Stephani II c. 38 (Duchesne vol. 1 p. 451), quem habet sola classis nostra secunda. — Rodulfus Fuldensis († 865) Hrabani discipulus in miraculis Fuldensibus adlegit *gesta pontificalia* (MG. SS. 15, 336). — Hincmarus Remensis († 882) et in vita Remigii c. 19. 20 ex Hormisdae vita quaedam excerpsit (p. 128, 12. 17 de legatione Germani; p. 130, 22 de Clodoveo) augens ea fraudibus sibi consuetis (v. Krusch scr. Merov. vol. 3 p. 241. 242) et tam ex epistula, quam scripsit a. 866 ad episcopum Seno-

nensem Egilonem (opp. vol. 2 p. 289 Sirmond.) quam ex aliis locis (l. c. p. 270. 305. 732), intellegitur Hincmari gestorum pontificalium exemplar pervenisse ad primos annos Sergii II (844—847); nam continuationem ad annum praesentem ut Egilo sibi transmittat rogat sic scribens: *rogate aliquem de vestris memorosum hominem, qui vos saepe admoneat, quoniam occupati estis, ut non obliviscamini impetrare gesta pontificum ab initio gestorum Sergii papae, in quibus invenitur Ebo fuisse damnatus* (c. 16 vol. 2 p. 90 Duch.) *usque in praesentem annum istius praesulatus, quia nos in istis regionibus satis hoc indigemus; nam aliorum pontificum gesta si vos non habetis, per me aut per Fulcricum* (abbas is fuit Trecensis) *habere poteritis.* Habuit igitur codicem gestorum pontificalium (quae p. 305 citat sub nomine *libri* vel *codicis episcopalis*) classis nostrae tertiae, cum priores duae eo usque non perveniant. Sed haec quaestio excedit terminos quos mihi proposui. — Sub persona Isidori qui latet falsarius saec. IX constitutiones in libro pontificali memoratas complures ad decretorum formam redegit; enumerat eas Hinschius in decretalium Pseudo-Isidorianorum praefatione p. CXXXV, nos Duchesnium secuti eas ne commemoravimus quidem.

EDITIONES ET APPARATVS.

Petrus Crabbe qui primus conciliorum acta collecta edidit Coloniae a. 1538 divisa ad pontificum ordinem, singulis capitibus praemisit vitas exceptas ex libro pontificali, et ad Gregorium I quidem omnes, deinde eorum, quorum acta volumine continentur, scilicet pontificum Deusdedit, Honorii I, Theodori, Martini I, Eugenii I, Vitaliani, Doni, Agathonis. Inter codices, quos complures adhibuit, quod ad Pontificalem attinet, unus nominatur Sigebergensis ('ex monasterio . . . Sigebergensi ordinis divi 'Benedicti non longe a Bonna civitate libellus vitas summorum pontificum continens 'mihi commodato est datus, quo etiam felicissime usus sum'); sed textus (de quo parum recte iudicavit Duchesnius p. CLXXIV) ostendit editorem diligentissimum nequaquam uni libro se mancipavisse; immo modo sequitur classis primae codices deteriores A^5 similesque (29, 11. 101, 6), modo secundae deteriores (25, 3. 103, 6), modo tertiam (29, 5. 30, 20). Interdum interpolationes admittit codicum deterrimorum (43, 5. 50, 2. 51, 11. 173, 5) adeoque passim proponit modo in textu et in margine, modo in ipso textu lectiones duplicatas, scilicet classis primae deterioris et tertiae coniungens (2, 10. 29, 7. 30, 16. 64, 8. 12). Quid quod quibusdam locis (4, 8. 46, 2. 103, 12. 105, 14) contra pleniorem recensionem facit cum emendatiore epitomarum vel potius cum libris $D^{1.2}$ inde pendentibus, qua de re supra p. XC egimus. *Cr. spec.*

Onuphrius Panvinius in commentariis ad fastorum libros V (Venetiis 1558) passim vitas pontificum adlegat, partem corporis priorem hic illic Damaso adscribens, plerumque autem totum Anastasio bibliothecario, in ipso fine sic adnotans: 'haec . . . praecipue 'excerpsi ex historia Graeca Nicephori patriarchae Constantinopolitani ab Anastasio 's(anctae) R(omanae) e(cclesiae) bibliothecario ante septingentos annos in Latinum 'versa . . . et Anastasio ipso bibliothecario s. R. e. in vitis Romanorum pontificum, 'quas a s(ancto) Petro apostolo ad Nicolaum papam I (858—867), sub quo vixit, accu-'ratissime conscripsit'. Platina in vitis pontificum sub Iohanne VIII [IX] (ed. 1479 fol. *m* 8) Anastasii bibliothecarii opera enumerans pontificalis libri cum mentionem non faciat, Panvinius eum adnotans sub Nicolao I sic ait: 'ad hunc usque Nicolaum Roma-'norum pontificum vitas, quae adhuc apud me sunt, scripsit Anastasius monachus et s. 'R. e. bibliothecarius, sub quo et eius successoribus Hadriano II et Ioanne VIII in 'urbe floruit. Quae sequuntur concinnavit Guillelmus quidam alter bibliothecarius, quae 'in libro, qui sub Damasi nomine adhuc circumfertur extant'. Usus igitur est Panvinius codice aliquo nostri E^1 simili, quamquam nullum novi finientem in ipso Nicolao I. Anastasio cum historiam ex Graecis auctoribus Nicephoro Syncello Theophane Latine

compilatam recte tribuat, cur ad eundem corpus vitarum rettulerit, non apparet: cur post Panvinium retentum sit, nulla ne specie quidem veri defensum, etiam minus intellegitur. Agnoverunt errorem Baronius iam et Holstenius refutavitque eum multis verbis Schelestratius (ant. eccl. 1 p. 375 seq.), sed in editionum titulis vulgarique appellatione per saecula remansit.

Mog. spec. *Moguntina editio* a. 1602 sic inscripta est: 'Anastasii s(anctae) R(omanae) e(cclesiae) 'bibliothecarii historia de vitis Romanorum pontificum a b(eato) Petro apostolo usque 'ad Nicolaum I nunquam hactenus typis excussa: deinde vita Hadriani II et Stephani VI 'auctore Guilielmo bibliothecario. Ex bibliotheca Marci Velseri Augustanae r(ei) p(ubli-'cae) II viri.' Curavit eam Iohannes Busaeus Noviomagensis (Duchesne vol. 2 p. LVI) ad exemplar editori suppeditatum a Velsero 'e codice Vaticano descriptum', ut ait praefatio, 'et cum binis ms. codd. collatum'. Codicem Vaticanum n. 3764, a quo pendet omnino, editio reddit accuratius quam pro aetate expectes, nisi quod qui eum descripsit compendia quaedam non recte solvit (unde 30, 20 *speciale* datur pro *spiritale*, 52, 2 *grata* pro *gratia*). Una cum codice Busaeus Crabbianam editionem adhibuit indeque textum hic illic emendavit (ita 43, 5. 101, 6 utramque lectionem iuxta posuit, additamentum 103, 12 ex Crabbio recepit). Praeterea tam in textu quam in margine praeter varias lectiones petitas ex Crabbio et ex annalibus Baronii hic illic vestigia offenduntur libri adhibiti ex ordine nostrorum $H^{1.2}$ (151, 5. 171, 2. 4). Perraro offenduntur ab editore profectae interpolationes alicuius momenti, ut 30, 1 *audiens*, 170, 4 *ianuas* add. Variam lectionem in specimen ita recepi, ut ea tantum adnotarem quae discedunt a codice Vaticano. — In supplemento editioni ei adiecto (quod habuimus ex bibliotheca urbica Moguntina), cui praescriptum est: 'Anastasianae historiae lectiones variae ex binis mm. ss. cod. excerptae', accesserunt lectiones codicum duorum Freherianorum, quorum alter *(A)* est adservatus hodie Parisiis n. 5140 (p. LXXXIII), de altero *(B)* latente vel deperdito diximus supra p. LXXIX. — Epistulas praefatorias Hieronymi et Damasi, quae absunt ab hac editione, primus edidit Godefridus Henschenius in actis sanctorum m. Apr. vol. 1 (1675) p. IV.

Francisci Peniae apparatum servat liber bibliothecae Vallicellianae I. 44 (Duch. vol. 2 p. XLVII) sic inscriptus: 'lectiones variae in librum vitarum pont. Rom. editum 'nomine Anastasii S. R. E. bibliothecarii a M. Velsero Moguntiae a. MDCII, ex mss. 'vero Farnesiae, reginae Sueciae, Vaticanae, Cavensis monasterii, Barberinae et aliis 'expressae a Fr. Penia v. cl. et s. Rotae Romanae auditore, deinde ab alio auctore 'anonymo locupletatae.' Codices adhibitos recenset Duchesnius; extant adhuc omnes praeter Farnesianum non celebrem illum (p. XCIV), sed infimi ordinis (p. CIII).

Lucas Holstenius (1596—1661) bibliothecae Vaticanae praefectus apparatum ad corpus vitarum congessit ad marginem exemplaris editionis Moguntinae, quod una cum reliqua supellectile litterariam testamento legavit cardinali Francisco Barberino [1]). Id ex Barberina bibliotheca distractum in Vaticanam intulerunt a. 1685 Laurentius Zaccagnius et Emanuel Schelestratius et ex ea rursus alienatum recuperavit a. 1734 Assemannus. Iam ibi prostat inter libros reginae n. 2081. Quos codices adhibuerit, Holstenius, explicat in adnotatione ipsi volumini adiecta (ed. Schelestratius ant. eccl. 1 p. 366 et Bianchinius vol. 1 praef. et vol. 2 p. XLI). Utilis est apparatus adhuc propter collationem libri Farnesiani, ad quem quae ex adnotatione pertinent supra p. XCIV attuli-

[1]) Inter libros scriptos, quos in eodem testamento inter bibliothecas tres Vaticanam Barberinam Hamburgensem distribuit (elenchum edidit ex cod. Barb. 38, 90 Hugo Rabe *Centralblatt für Bibliothekwesen* 12 a. 1895 p. 443), quae inveniuntur 'vitae et acta pontificum Latine tom. V cum Anastasio bibliothecario' (expunctis his tribus vocabulis) cum adnotatione 'Vaticanae: *ricomandati particolarmente a S. Santità et al Bibliotecario*' si sunt, ut esse videntur, quattuor volumina servata hodie in Barberina et quintum olim item Barberinum, quo continetur apparatus, ea contra testamentum cesserunt non Vaticanae, sed Barberinae.

mus. Praeterea adhibuit codices Vaticanos duos, alterum antea monasterii, ut ait, Casinensis (immo Cavensis) n. 3764 (p. XCVIII), alterum n. 5269 quem dicit Vaticanum minorem (p. LXXIX); Florentinos sancti Marci item duos, priorem, nunc ibidem bibl. nat. I. III 17 (p. LXXVII), et secundum, nunc ibidem Laur. Marc. 604 (p. LXXVIII). Edidit librum pontificalem cum apparatu Holsteniano usque ad Felicem IV Schelestratius ant. eccl. vol. 1 (1692) p. 401—495. — Collectanea Holsteniana ad vitas paparum spectantia servata in bibliotheca Barberina XXXIIII 118. 119. 120. 121 continent descriptionem codicum Vaticanorum 3761. 3762. 3764 aliaque praenotata, neque tamen quicquam, quod hodie utilitatem habeat. In epistulario edito a Boissonadio Holstenius sibi conferri iubet codices Parisinos (p. 301. 377. 388), sed variam lectionem eorum non videtur nactus esse.

Carolus Annibal Fabrotus in sylloge scriptorum Byzantinorum verum Anastasium edens (Parisiis 1649 fol.) hunc quoque ficticium recepit addens variam lectionem praeter antea editam codicum trium Parisinorum regium (hodie 5144, v. p. CIII), Mazarinaeum (hodie nat. 5144 *A*, v. p. CIII), Thuaneum (hodie nat. 5516, v. p. XC).

Franciscus Blanchinius († 1729) sub titulo: 'Anastasii bibliothecarii de vitis Ro-'manorum pontificum a Petro apostolo ad Nicolaum I adiectis vitis Hadriani II et 'Stephani VI auctore Guillelmo bibliothecario' corpus vitarum ad Paulum usque edidit Romae quattuor voluminibus (vol. 1 a. 1718; vol. 2 a. 1723; vol. 3 a. 1728; vol. 4 a. 1735); quartum curavit fratris filius Iosephus, quintum, quo opus absolveretur, non prodiit. Magni moliminis recensioni parum respondet apparatus critici exilitas: scilicet praeter copias subministratas ab editionibus duabus Moguntina Busaei et Parisina Fabroti, item usque ad Felicem IV a Schelestratio, ipse non adsumpsit nisi duos libros Peniae quem dicit, hodie Ottobonianum 993 descriptum ex nostro E^1 (supra p. C) et deperditum Farnesianum (supra p. XCIV).

Iohannes Vignolius praefectus bibliothecae Vaticanae († 1753) corpus vitarum edidit sub titulo 'liber pontificalis seu de gestis Romanorum pontificum' Romae voluminibus tribus (vol. 1 a. 1724, vol. 2 a. 1752, vol. 3 a. 1755), quorum secundum et tertium curavit nepos eius Petrus Iosephus Ugolinius. Praeter apparatum ab editoribus prioribus subministratum ipse in praefatione scribit adhibuisse se libros scriptos sedecim (neque enim numeramus codices scriptos syllogarum iuris canonici Deusdedit et Anselmi Lucensis et chronicorum Romualdi Salernitani) bibliothecae Vaticanae omnes, item apparatum scriptum Holstenii in eadem adservatum. Sed quod tanto hiatu dignum esset nequaquam protulit. Ex libris illis quinque non habent nisi epitomas, scilicet Vign. XIII Alex. I = reginae 1127 Felicianam; Vign. VI Vatic. 1340 nostram *S* (p. CII), Vign. X Palat. 39 respondentem nostrae *N* (p. XCIII); alias duas Vign. V Vat. 341 et Vign. VII Vat. 1464 supra p. CIV commemoratas, praeter Felicianam antea a Schelestratio publici iuris factam inutiles omnes. Duo libri Vign. IX = Vat. 766 et Vign. XI = Pal. 1811 ex eodem codice nobis E^7 (p. CI) superstites exiguas lacinias continent. Quinque alii Vign. II Vat. 5269 (p. LXXIX); Vign. III Vat. 629 (p. LXXVI); Vign. XII Urb. 395 (p. LXXVII); Vign. XIV Alex. II = reginae 1852 (p. LXXXI); Vign. XV Alex. III = reginae 1896 (p. LXXIX) sunt ex classis nostrae primae deterioribus omnino spernendi. Denique praeter Vign. XVI Alex. IV = reginae 1964, qui pertinet ad vitas in hanc nostram non receptas (p. CV), remanent classis nostrae tertiae Vign. I Vat. 3764, nobis E^1 (p. XCVIII), Vign. VIII Vat. 3761, nobis *G* (p. XCVI); Vign. IV Vat. 3762, nobis in specimine H^1 (p. CIII). Classis secundae nullum exemplum editor ipse usurpavit. Denique copiis non utilibus neglegentissime usus est ex singulis libris pauca excerpens nec raro textum priorem ex sequioribus libris male corrumpens. Lucensis libri variam lectionem Ugolinius in supplemento vol. 3 adiecit.

Muratorii corpori scriptorum rerum Italicarum Philippus Argelatus vitas pontificum inseruit (vol. 3 a. 1723) exprimens textum Bianchinii, quatenus is pervenit, adiecta varia lectione quattuor codicum Ambrosianorum *A* (= M 77 sup., supra p. LXXXIX), nobis B^7; *B* (H 111 sup., supra p. LXXX), nobis *Y*; *C* (C 204 inf.; supra p. CIII), derivati ex nostro H^2; *D* (= G 100 inf., supra p. C), descripti ex E^1. Editores priores cum in universum penderent ex libris classis tertiae contaminatis, lectio minus interpolata classis secundae primum innotuit per adnotationem Muratorianam.

Duch. *Ludovicus Duchesne* sub titulo *le liber pontificalis: texte, introduction et commentaire* corpus vitarum edidit Parisiis duobus voluminibus (vol. 1 a. 1886; vol. 2 a. 1892). Id iacens adhuc neglectum quo successu vir egregius recensuerit, non eius volumina sola testantur, sed pariter meum; nam tam industria eius in codicibus investigandis quam sagacitas in aestimandis eo pervenit, ut qui post eum eandem operam suscipiat, quodammodo acta agat necesse sit. Monumentorum Germanicorum societati cum incumberet, ut vitarum pontificum Romanorum tam Anastasianarum quae dicuntur quam reliquarum editionem per quinquaginta annos promissam aliquando perficeret neque per rationes suas ab opere inchoato et proclamato desistere posset, eius syllogae partem primam imponi mihi passus sum, non ignarus, ut supra dixi, agi ita rem actam; sed corpora magna hoc quoque aliquando requirunt. Iam re, quatenus ad me pertinet, perfecta, si mihi iudici in re mea, sed nihilominus opinor iusto de opera mea iudicium ferre licet, existimo codices duos, unum adhuc latentem (nam Neapolitanus B^1 per Pertzianam collationem nunc demum innotescit), alterum non recte neglectum Laurentianum (E^6) ad crisin utiles in hac editione accedere, codices reliquos adhibitos esse numero minore, quam apud Duchesnium, sed diligentius selectos et cum cura recognitos; denique apparatum universum dispersum quodammodo apud Duchesnium commodius administratum esse. Sed ipsa de codicibus iudicia Duchesniana paucis exceptis non sagacissima tantummodo repperi, sed vera et certa, et in summa re haec mea editio Duchesnianam non reformat, sed comprobat et confirmat.

CAPVT SEXTVM.

CODICVM AESTIMATIO.

ARCHETYPVM COMMVNE.

Archetypum nostrorum librorum omnium, scilicet a quo pendent tam recensionis prioris reliquiae quam recensionis posterioris exemplaria omnia, culpa auctoris potius quam librariorum vitiis plurimis et gravissimis laborasse intellegitur praesertim collato catalogo episcoporum Romanorum Liberiano, quem auctor ita adhibuit, ut summa et audacia et inscitia eum interpolaret.

catal. Liber.:	*lib. pontif.:*
(Pontianus) in eadem insula discinctus est IIII kal. Octobr.	24, 6 in eadem insula defunctus est III kal. Novembris.

	lib. pontif. rec. prior:	*rec. posterior:*
(Miltiades) a consulatu Maximiano VIII solo, quod fuit mense Sept. Volusiano et Rufino, usque in III id. Ian. Volusiano et Anniano cons.	46, 2 a consulatu Maximini VIIII usque ad Maxentio II.	a consulatu Maxentio VIIII usque ad Maximo II.

Auctor igitur in priore consulatu a. 311 pro Maximiano VIII substituit Maximinum VIIII, in posteriore a. 314 pro Volusiano et Anniano cos. dedit Maxentium II, qui consulatus non legitimus cadit in a. 309; diasceuasta corrupta haec quomodo denua corruperit, apparet.

Item quae ex actis concilii Laterani adsumpsit auctor, duobus locis:

179, 23 iuxta] iustam *acta*

181, 5 ut] uti *acta*

mendas habent ab auctore libri pontificalis commissas. Etiam errores tales, qualis est 22, 5 *clare* pro *claret* vel *claruit,* verisimile est adfuisse in ipso auctoris archetypo.

Perturbationes quoque complures adscendunt ad libri auctorem:

4, 6 sepultus est via Aurelia . . . . . iuxta territorium triumphalem via Aurelia *(sic rec. prior, in posteriore* uia aurelia *altero loco sublatum est).*

Ordinationes, ut supra (p. XXV) monui, passim maxime in libris optimis quibusque inveniuntur non eo loco, quo auctorem patet eas collocare voluisse, scilicet proxime ante diem mortis; immo in quibusdam vitis (V. IX cet.) sepulturam sequuntur in editione utraque, in aliis (I. XV. XVII cet.) diversis locis collocatae inveniuntur in recensionibus duabus; denique in Silvestro bis leguntur totidem verbis 52, 5 = 72, 1 *in editione utraque.*

Ordinationum numeros restringendos esse ad presbyteros et diaconos neque pervenire ad episcopos declarant vitae Silvestri p. 52, 6 (cf. p. 72, 1): hic ordinationes presbyterorum et diaconorum fecit VI . . . in urbe Roma, episcopos per diversa loca LXV; *Sergii I p. 216, 2:* hic ordinavit per diversas provincias episcopos XCVII; fecit autem et ordinationes II per mens. Mart. presbiteros XVIII, diacones III; *Iohannis VI p. 218, 1:* hic fecit ordinationem presbiterorum seu diaconorum I, id est presbiteros VIIII, diacones II; fecit autem et per diversa loca episcopos numero XV, *et latius id explicavit Harnackius in commentario supra p. XXVI citato. Observant eam legem recensionis prioris reliquiae; nam quamquam* ordinationes tres *Petro adscriptae pertinent sine dubio ad episcopos urbanos Linum Cletum Clementem et omnino ex interpolatione veniunt epitomis propria (absunt recte a textu pleno), praeterea et in Petro et postea episcopi ibi collocantur tertio loco post presbyteros et diaconos ita, ut ordinationum vocabulum ad solos hos referri possit. Contra recensionis secundae auctorem hanc legem ignorasse ostendunt episcopi primo loco positi ante presbyteros et diaconos et in Petro (I) et in Lino (II). In Anterote (XX) verba recensionis prioris:* hic fecit unum episcopum *recte servata a cl. I reliqui libri recensionis posterioris contra legem illam ita mutarunt:* hic fecit ordinationem unam, episcopum unum.

Clausula in urbe Roma, *quam apparet pertinere ad presbyteros et diaconos et opponi alteri (quae incipit a Clemente 7, 14)* per diversa loca *spectanti ad episcopos, legitime introducitur ibi ubi primum nominantur presbyteri urbis Romae in Cleto p. 6, 8:* hic ex praecepto beati Petri XXV presbiteros ordinavit in urbe Roma *et in Euaristo p. 9, 8:* hic titulos in urbe Roma dividit presbyteris et VII diaconos ordinavit. *Ipsa in recensionis prioris reliquiis semel tantum invenitur in Symmacho (LIII) p. 125, 11; plerisque locis, ubi Feliciana epitome praeterea ad verbum convenit cum textu*

pleno (XXXI. XXXV. XXXVI. XLVII. XLVIII. XLIX) probabile est eam non ab epitomatore omissam esse, sed afuisse a recensione priore. Ipsa posterior luculenter ostendit clausulam de qua agitur interpolatione adiectam esse per gradus crescente, ut expectandum fuit propter clausulam alteram vere antiquam per diversa loca *requirentem quod sibi opponerctur. Nam libri recensionis plenae omnes clausulam illam non habent nisi decies (ep. XXXI. XXXVI. XLVII. XLVIII. XLIX. LIII. LIIII. LVI. LVIII. LIX), habent classes prima et secunda ter (ep. XXXV. XLII. XLIII) contra tertiam; classis secunda plerumque cum tertia contra primam undecies (ep. XXXVII—XLI. XLIV—XLVI. L—LII). Non recte statuit Harnackius clausulam primum reperiri in Marco (ep. XXXV), cum adsit iam antea aliquoties, neque ullo modo ex numeris ordinationum efficietur a Marco inde tradita a praecedentibus vere differre. Omnino afuit clausula* in urbe Roma *a schemate antiquo. Hoc fortasse defendi poterit post Agapetum (ep. LIX) verba* in urbe Roma *amplius non comparere propterea quod ordinationes posteriores aliunde profectae sunt, id quod propter alias causas statuit Harnackius.*

Mensem ad ordinationes adscriptum, plerumque Decembrem, ad solas urbanas presbyterorum et diaconorum pertinere ostendunt loci maxime p. 6, 9. 43, 13. 80, 14 (secundum lectionem codd. optimorum cl. I et II, quam errore reieci). Eam legem in vita Petri (I) epitome utraque, Feliciana etiam in ep. IV. V. VII. IX neglegunt mensem collocantes ita, ut comprehendat episcopos; in Anterote (XX) quamquam ab eo absunt presbyteri et diaconi, nihilominus recensio utraque ait creavisse eum episcopum mense Decembri. Recensio posterior in Silvestro uno loco 52, 7 (contra cl. III et alterum locum 72, 1 et recensionem priorem) solitae indicationi per m. Dec. *verba contraria* diversis temporibus *cum ipsa coniungit. Praeterea in hac indicatione antiquam formam retinet (nam errores in ep. XII. XVI pertinent ad solam eius classem secundam). Omnino haec quoque innuere videntur archetypi communis scriptorem formam eam retinuisse fere, sed parum intellectam hic illic neglexisse.*

Verba per mensem Decembrem, *quae ordinationibus subiungi debent et solent, item non raro in libris optimis quibusque leguntur loco alieno, ut in Aniceto* 15, 6, *in Zephyrino* 20, 12, *in Gaio* 38, 10.

Sub Silvestro narratio de titulo Equitii condito bis legitur p. 47, 10—48, 17 et p. 71, 12—31 recensita diverse.

Perturbationes admissae sunt vel certe inchoatae culpa ipsius auctoris per gradus librum augentis additamentis insertis interdum loco non suo. — E contrario errores, quos non auctoris esse certum sit, in exempla nostra omnia propagati, quales fortasse sunt hi:

164, 3 ecclesia Constantinopolitana prima se omnium ecclesiarum [romana *add. II*, romanae ecclesiae *add. I*, id est ecclesia romana *add. III*] scribebat, *ubi glossema omnes libros occupavit*

196, 17 partes subscripserunt CXXV: *pro numero* V = quinque *trium classium libri optimi habent* cxx cumque

raro admodum deprehenduntur, neque frequentes esse possunt in libro, a cuius origine codices nostri meliores non distant nisi intervallo ad summum centum annorum.

RECENSIO PRIOR.

Vitarum pontificum Romanorum corpora duo, alterum perveniens ad Felicem IV († 530), ad Cononem († 687) alterum, non esse nisi epitomas duas diversas excerptas

ex corpore vitarum pleno et, quatenus prior pervenit, ex recensione eius corporis deperdita et ea quae extat subinde meliore hodie non ambigitur, postquam opinionem Lipsii (*Chronologie der römischen Bischöfe* 1869 p. 80 seq.) ipsam corporis nostri formam vetustiorem repraesentari libello Feliciano Duchesnius (primum *étude sur le liber pontificalis* 1877, deinde in praefatione editionis) luculenter confutavit adsentiente mox Waitzio (*neues Archiv* 4 a. 1879 p. 217 seq.), neque in re evidenti iam nos morabimur. Utraque epitome cum ita facta sit, ut corporis breviati ipsa verba summa fidelitate retineant et raro neque nisi in minimis inde recedant, ad crisin libri solito utiliores sunt. — Duae epitomae quamquam in multis differunt et passim altera utra plenior invenitur, quatenus easdem vitas tradunt, verisimile est profectas esse non ex ipso corpore a duobus seorsum breviato, sed ex epitoma ampliore redacta rursus in compendia duo diversa. Elucet id non tam ex erroribus utrique communibus, quorum mox specimen dabimus, quippe quos ad communionem archetypi revocare possis, quam ex locis pariliter contractis, quales sunt hi rari ii quidem, quoniam, ut diximus, epitomae verba tradita fere retinent, sed non deficientes:

75, 1	fuit autem temporibus Constantini . . . a consulatu Feliciani et Maximini *libri pleni fere cum cat. Lib.:* fuit temporibus Constantini a consulatu Feliciani et Titiani	*FK* fuit autem temporibus Constantini et Feliciani et Maximini
77, 11	extra secundum baptismum, tunc missa auctoritate per Catulinum agentem in rebus et simul Ursacius et Valens venerunt ad Liberium. qui Liberius consensit	*FK* excepto rebaptizare qui Liberius consensit

Eandem epitomen maiorem cum supra (p. XIV) observaverimus et infra confirmaturi simus etiam tertiae classis principi ea subministravisse, quae adscivit ex editione priore, sequitur eam in Felice IV substitisse, itaque quidquid de recensione priore dicitur, non pervenire ultra tempora Theodericiana. Epitomatores in libro breviando resecuisse quae unicuique inutilia viderentur consentaneum est; differunt Feliciana et Cononiana inter alia eo, quod donariorum longos recensus haec in compendium redegit admodum exile, illa totos abiecit.

Editio haec ampliorem illam epitomen, quatenus efficitur ex Feliciana et Cononiana coniunctis, repraesentat in appendice duabus epitomis ita iuxta positis, ut utraque quid habeat vel non habeat vel (id quod raro accidit) transponat, inde efficiatur. Praeterea in ipsa corporis editione quae in ambabus epitomis vel altera utra comparent, uncis ⟨ ⟩ comprehenduntur. Recensiones duae ubi differunt, minuta varietate in apparatum reiecta vere diversa iuxta ponuntur adiectis in margine litteris aut *FK* aut *F* aut *K* aut *P*(ontificalis). Si qua habet recensio prior, quae absunt a recensione posteriore, ea posteriore paginae parte vacante in priore leguntur adiectis litteris iisdem. Epitomis duabus quae communia sunt, ab iis quae servat altera utra sola ita distinguuntur, ut solis uncis ⟨ ⟩ comprehendantur communia, quae habet sola Feliciana, signis ⟨ ᶠ ⟩, quae habet Cononiana sola, signis ⟨ ᵏ ⟩. A textu nostro edito ubi recedunt epitomae, varia lectio earum in apparatum recepta est pariter atque codicum recensionis plenae. Debuit res ita institui, quoniam in corpore hoc adhibendo necessaria est separatio eorum locorum, quos fuisse in recensione priore certo testimonio constat, neque oblitteranda fuit utriusque epitomae diversitas et proprietas; potuit institui ita, quoniam epitomae, ut diximus, perraro verba tradita mutarunt et in summa re in breviandis iis se continuerunt. Quae Duchesnio placuit ratio, ut variam lectionem tripertito distribueret et ad tres textus traditos quartum adiceret coniectu-

ralem prioris recensionis nescio quam restitutionem, id equidem non sum secutus. Restitutionem illam incertam esse et arbitrariam totam ipse editor ut recte intellexit, ita non satis intellexit eam prorsus carere utilitate. Ipsas epitomas singillatim exhibere ut fortasse non est supervacaneum, ita varia lectio una est neque ullum vitarum locum recte quisquam tractabit nisi adhibita, quatenus fieri potest, recensione utraque et varia lectione integra.

Recensio prior quid habuerit vel non habuerit, non satis scimus, cum plena ad nos non pervenerit; at qui expendit quae epitomae receperint et quae praeterea cum non receperint in corpore pleno adfuisse constet, intelleget non multum recessisse editionem priorem ab ea quae superest. Adfuerunt in illa laterculi donariorum, quamquam eos breviatorum alter omisit, alter ad pauca verba redegit. Adfuerunt omnino alii loci, ut 77, 11 (vide supra p. CXIII), evidenter non additi in recensione altera, sed ab epitomatoribus praetermissi. Diasceuasta quid omiserit addideritve, infra quaeretur; neutrorum numerum magnum fuisse probabile est. Vitae longe pleraeque in epitomis prope accedunt ad recensionem plenam; solae fere quae habent narrationes prolixiores, ut Liberii (XXXVII), Symmachi (LIII), Hormisdae (LIIII), Iohannis I (LV) comparent in posteriore forma mutata, raro, quantum apparet, certo aliquo consilio (vide supra p. XVIII) nec magis breviandi studio, sed temeraria et inscita traditorum instauratione. Omnino cum aliunde constet recensionem priorem esse saeculi septimi eodemque per intervalla confectam esse posteriorem, non multum tempore distant totaque quaestio de duabus recensionibus non tantae gravitatis et utilitatis est, quantam viri docti plerique ei tribuerunt.

Iam videamus textus librorum epitomatorum quomodo differat a recensione altera plena. Et explicabuntur primum virtutes epitomatorum, scilicet quod propius accedunt ad auctores a scriptore vitarum adhibitos, quod habent male omissa in recensione posteriore omittuntque additamenta male facta, denique quod corruptelis textus recentioris recte medentur. Deinde similiter vitia epitomarum tractabuntur alia iis propria, alia nata ex contaminatione cum libris plenis. In omnibus his disquisitionibus specimen tantummodo proponetur per ipsam editionem supplendum.

Inter auctores, quos vitarum scriptor adhibuit, cum primum locum obtineant episcoporum laterculi duo, Index et Liberianus, eorum numeros supra (p. LV) demonstravimus magna ex parte reperiri in epitome Cononiana, plane oblitteratos esse in libris recensionis posterioris non contaminatis cum priore.

Etiam alii loci ex catalogo Liberiano in Pontificalem translati passim in epitomis formam prae se ferunt ad archetypum propius accedentem quam quae legitur in Pontificali. In Cleto 6, 3 verborum *et initia Domitiani* in illis solis vestigium remansit. Pius collocatur in epitomis post Anicetum perperam, sed cum scriptore catalogi Liberiani. In Pio 14, 6 verba *frater ipsius* derivata ex Liberiano habet sola epitome Feliciana. Miltiadis tempora indidem sumpta modo (p. CX) vidimus in epitomis legi pessime interpolata, at in recensione posteriore iterata interpolatione facta deteriora. — Similiter ex Hieronymi de viris illustribus libello quae auctor traxit in Petro 2, 1 et in Clemente 7, 15, in epitomis ad auctorem propius accedunt. Rari loci, ubi e contrario plena recensio cum catalogo Liberiano vel cum Hieronymo facit contra epitomas, mutati sunt ab epitomatore (vide infra p. CXVI et de loco 24, 8 quae adnotantur p. CXXII). — Pauca tantummodo huiusce generis afferri possunt eapropter, quod auctor, ut supra vidimus, non multos libros scriptos adhibuit adhuc extantes.

Quae absunt ab epitomis, adsunt in recensione plena, utrum omina sint a breviatore an adiecta ab auctore secundo, saepe dubium manet, et vel maxime propter eam causam recensionem nostram ita instituimus, ut de singulis locis iis qui in res inquirunt, iudicium liberum maneat. Laterculos anathematum non afuisse a recensione priore

modo adnotavimus et in universum crediderim plura in breviariis omissa esse quam ab editore secundo adiecta. Cadit interpolationis suspicio in locos duos re coniunctos tractantes de successoribus Petri haustis ex recognitionibus pseudoclementinis 3, 4—4, 3 et 7, 8—12, quoniam neutrius in epitomis ullum vestigium cernitur, quamquam patrem Clementis habet iam recensio prior ex iisdem recognitionibus sumptum. Additamenta alia recensionis secundae videntur esse, quod Gaius 39, 17 in editione priore confessor effectus est in secunda martyr; item in Marcello quae narrantur de eius destitutione 43, 15—44, 13. 17, ut recte observavit Duchesnius; in Leone I post commemoratas epistulas eius quae sequitur 104, 11 *hic firmavit* seq. enumeratio earum aperte adiecta adhibito volumine aliquo eius operum; in Hormisda quae leguntur p. 130, 4—10 *hic papa Hormisda ... vel omnes hereses,* epitome male facta narrationis eius quae praecedit incipiens a primis eius verbis p. 126, 15 eo loco in secunda editione male omissis, sed servatis in epitomis; in eadem vita 130, 22 narratio de rege Francorum sine nomine relata in epitoma, in recensione plena relata ad Chlodoveum contra rerum veritatem (cf. Krusch script. Merov. vol. 3 p. 242).

Quae adsunt in epitomis, absunt a recensione plena, primi auctoris sunt resecta a diasceuasta. Ita in ipsis epistulis praefatoriis quod priori subscriptum est 1, 9 *data V k. Mai.; accepta Romae* recte respondet subscriptioni posterioris: *data X k. Iun.; accepta VI k. Oct.,* quarum tamen subscriptionum secunda editio posteriorem solam admisit, ad hanc adiciens temere omnino et contra consuetudinem Romanam *missa de Roma Hierosolyma.* Deinceps quoque quae addunt epitomae aut duae aut in parte priore altera utra, ita comparata sunt, ut dubium esse nequeat ea proba esse et profecta a primo auctore.

Locos in editione posteriore male corruptos, emendatius autem relatos in epitomas paucos selegi:

4, 8 *in vita Petri ordinationes FK ita vidimus* (p. CXI) *referre, ut post urbanos sacerdotes nominentur episcopi, e contrario in P hi praecedant contra scriptoris usum constantem. Scilicet recognitorem hoc primo loco turbavit episcoporum dignatio maior.*

13, 4 usque ad Orfito et Camerino] *FK,* usque ad Orfito et Prisco *recensio altera. Consules illi nulli sunt, hi veri a. 149, sed huic loco parum apti, cum post eos nominentur consules a. 146. Apparet auctorem posuisse consules a fastis alienos, recognitorem nomina quaesita neque inventa male emendasse.*

15, 9. 16, 9 *episcopi Anicetus et Soter sepulti sunt* iuxta corpus beati Petri in Vaticano *secundum FK,* in cymiterio Calisti via Appia *secundum recensionem posteriorem. Illam collocationem Rossius* (*Romae sott.* 2, 49) *demonstravit antiquitus traditam esse, hanc ad interpolationem redire, quamquam de immutationis causa parum liquet.*

46, 2 *vide supra p. CX.*

48, 20 *concilium Nicaenum factum esse sub Constantino secundum recensionem priorem* cum eius consensu, *secundum posteriorem* cum eius praeceptum *certe notabile est.*

92, 15 eregerunt Eulalium alii episcopi *I,* eregerunt Eulalium *deletis corruptis II. III;* deponitur Eulalius a LII presbiteris *K,* d. E. sub aliis episcopis *F. Veram lectionem* eregitur Eulalius a LII episcopis *non ipsam, sed eius vestigia servant epitomae.*

105, 14 in virginitate XL annos] *sic K,* in virginitate LX annorum *F cum I et III (II hoc loco deficit); vide infra p. CXVIII, ubi dicimus de locis in F interpolatis.*

129, 3 Vitalianus magister militum *F*, *id quod confirmat relatio a. 519 Apr. 24 ad Hormisdam missa (Thiele I p. 859):* sublimes et magnifici viri nobis occurrerunt, inter quos sunt magister militum Vitalianus, Pompeius et Iustinianus; *in Pontificali quod legitur* Vitalianus consul, *error est hominis non ignari fastorum, nam fasces suscepit Vitalianus a. 520.*

Iam postquam explicavimus epitomarum virtutes, demonstrandum restat, quibus naevis laborent tam ambae consentientes quam altera utra. Vitia utrique communia referenda omnino ad epitomam ampliorem, unde utramque excerptam esse supra demonstravimus, neque multa sunt neque gravia.

2, 10 (Petrus) scripsit duas epistulas quae catholicae nominantur] *sic libri boni omnes recensionis plenae,* canonicae *pro* catholicae *FK cum deterioribus classis primae tertiaeque. Redit id, ut monuit Harnackius, ad usum loquendi communem fere scriptoribus ecclesiasticis Occidentis, ut similiter Eusebii verba h. eccl. 3, 3 οὐδ' ὅλως ἐν καθολικαῖς ἴσμεν παραδεδομένα iam Rufinus reddit sic:* in scripturis prorsus canonicis non habetur. *Hoc loco igitur epitomator non codicem expressit, sed sui aevi terminum tradito substituit, id quod item fecerunt codicum illorum deteriorum scriptores.*

4, 7 iuxta territurium] *P cum Hieronymo,* in territurio *FK: epitomatorem offendit* iuxta *vocabulum bis repetitum*

5, 3 rufo] *P cum indice Liberiano,* rufino *FK*

20, 3 saturnini] *P cum indice Liberiano,* saturnini antonini *F*, antonini *K*; *in archetypo communi fuit* antonini saturnini

28, 1 ex patre castino *om. FK*

36, 7 *ordinationes solita forma relatae in P in epitomis corruptae sunt sic:* episcopos uii per loca *F*, episcopos uii *K omissis presbyteris et diaconis, archetypo communi hoc loco vitiato*

43, 2 marcellus . . . ex patre benedicto] *P*, marcellus . . . ex patre marcello *FK errore ut videtur*

46, 6 ab eodem] *sic cl. I,* ab eodem die *FK et reliqui, verba haec cum pertineant ad ea quae praecedunt, facili errore trahentes ad sequentia*

47, 4 in monte syraptin] *sic similiterve libri meliores recensionis plenae,* in montem seracten *FK cum deterioribus: nota fuit tam epitomatori quam deteriorum librariis opinio postea recepta agi hoc loco de monte Soracte*

73, 2 temporibus constantini nepotiano] *sic* (*uel* et nepotiano) *II cum ind. Lib.,* constantini et nepotiani *FK cum I*

73, 2 facundo] fecundo *FK cum cl. II: hic quoque error facile tam in illorum archetypo committi potuit quam in principe libro cl. II*

77, 6 eregit] *II*, damnavit *vel* damnauerunt *substituunt FK cum cl. I*
78, 14 eregit] *P*, eiecit *vel* eiecerunt *FK cum cl. I*
92, 15 eregerunt] *P, emendarunt similiter FK*
115, 7 eregit] *P*, eiecit *F*, *deficit K*

sublato barbarismo, de quo dixit Traubius in actis Monac. mai. cl. hist. phil. vol. 21 p. 620. 695

Itaque quatenus consentiunt epitomae, in lectione earum neque graviores interpolationes deprehenduntur neque praevaricationis cum recensionis plenae classe altera utra indicia. — At separatim ubi eas examinamus, aliter iudicandum est.

Cononianam epitomen supra p. XCIV ostendimus non solum in parte posteriore pendere ex classe plenorum librorum tertia, scilicet contaminatorum, sed etiam in parte priore eius communionis rara quidem, sed tamen aliqua vestigia reperiri. Praeterea habet in parte hac interpolationes quasdam alibi non inventas:

25, 4 *Pontianus sepultus* in coemeterio Callisti via Appia] *sic F et P,* in cimiterio *(sic, excidit in ed.)* catatumbas *K omnino errore (cf. Rossi Romae sott. 1, 237)*

134, 13 perderet] *sic P,* perderet rex theodericus *K,* perderet iustinus aug. *F, interpolans uterque diverse*

Sed quamquam affinitas aliqua intercedit inter epitomen eam et libros contaminatos, in universum illa fidelius reliquis omnibus textum antiquus repraesentat. Declarant id potissimum spatia episcopatuum Cononiana, ut supra p. LV vidimus, non solum in parte priore cum indice Liberiano saepenumero conspirantia, sed etiam in posteriore facientia cum Indicis exemplaribus antiquioribus et emendatioribus. Praeterea quoque ubi textus discedunt Cononianus omnium maxime fidus esse solet.

Aliter iudicandum est de Feliciana uberiore ea et utiliore, sed passim corrupta cum breviatoris neglegentia et licentia tum, quod gravius est, textu interpolato ad exemplar recensionis posterioris. Aliquoties verbis propriis vulgaria substituit breviator:

114, 23 heracleam] constantinopolim *F cum I*

127, 20 per posterulam] *P,* per locum periculosum *F*

130, 21 regnus] *P,* corona aurea *F*

135, 26 agapitum patricium defuncto thessalonica] *P,* 136, 27 agapito patricio defuncto in grecia *F, quo loco non intellego quomodo contendere potuerit Duchesnius p. 277 priorem lectionem interpolatam esse*

sed nequaquam se continuit in vocabulis mutandis:

Spatia episcopatuum supra p. LVI docuimus in epitome Feliciana reformata esse omnia non tam ad editionem posteriorem quam adhibito Indicis aliquo exemplari

13, 3 ueri] *K et II cum cat. Lib.,* seueri *F cum I*

18, 3 grauione] *K et P,* glabrione *F emendans*

18, 6 sicut eleuther] *K et P,* sicut pius *F emendans*

18, 11 aut in stagnum] *addit F interpolans*

18, 14 efficerit integer christianus] *addit F interpolans*

20, 9 quod ius episcopi] cuius episcopi *F*

22, 5 clare confessor] *K et P,* clericos confessor *F*

23, 4 quam sepelliuit beatus tiburtius] *add. F cum I, om. II cum K recte omnino*

24 seq. *Pontianum in archetypo Pontificalis locum habuisse, ut habere debuit, ante Anterotem inde efficitur, quod eum ordinem et duo laterculi sequuntur, quos auctor adhibuit, et epitome K et recensionis posterioris classes duae prima et secunda (quamquam huius libri tres $B^{1.2.3}$, in ipso corpore vitas sic ordinantes, in Indice paparum inter epistulas et vitas interposito faciunt cum F). Sed quoniam Pontianum sepelivit non Anteros, sed qui Anteroti successit Fabianus, mature ordo ita mutatus est, ut hic Pontianum exciperet et ita Anteros praecederet Pontianum, quarum turbarum etiam meminit Syncellus p. 680 Bonn.: Ῥώμης ἐπίσκοπος ἐννεακαιδέκατος Ποντιανὸς ἔτη γ'. τινὲς Ποντιανὸν πρὸ τοῦ Ἀντέρωτός φασιν ἐπισκοπῆσαι Ῥώμης. Eam ordinis inversionem admittit etiam F.*

24, 9 xi k. dec.] *haec verba a loco, quem habent in ind. Liberiano et in K et in cl. II, ad finem vitae transtulit F deletis eodem loco verbis cessationis episcopatus recte ibi testatis* d. x, *quoniam hi dies a narratione abhorrent*

51, 8 custos martyrum ann. u] *addit F cum rec. II, om. K et I et, unde haec veniunt, Constitutum Silvestri*

103, 2 augusta pulcheria] augusta placidia *F*

105, 14 in uirginitate xl annos] *sic K*, in virginitate lx annorum *F cum I (II hoc loco deficit). Ante annum XL sanctimonialem non oportere velari, ut constitutioni Maioriani a. 458 (nov. 6), quam hoc loco respici ostendi alibi (neues Archiv* 22, 545), *et conciliis quoque huius aetatis recte convenit, ita expectandam esse ad sumendum velum aetatem sexagenariam neque aliunde testatum est et subabsurdum. Verisimile est recensionem alteram interpolatam esse adhibita epistula Gregorii magni* 4, 11 *eaque male intellecta, ea enim hoc tantum requirit, ut abbatissa eam aetatem habeat et, si non antea acceperit, tum certe velamen accipiat.*

113, 2 proteri] *II omnino recte,* presbiteri *F cum I*

134, 13 perderet] *P*, perderet iustinus aug. *F*, perderet rex theodericus *K (vide supra p. CXVII)*

Itaque epitoma Feliciana non solum habet interpolationes sibi proprias, ut sunt relata ad 18, 3. 22, 5, sed etiam communes cum editionis posterioris tam classe prima, ut sunt relatae ad 13, 3. 23, 4. 113, 2, quam altera, ut est relata ad 51, 8. Hoc ut utilitatem eius imminuit, ita facile explicatur. Si haberemus breviarium editionis prioris primitivum, sine dubio ab hisce naevis omnibus immune reperiretur; compendium quod ad nos pervenit traditum codicibus saeculi octavi exeuntis vel noni incipientis facile corrumpi potuit insertis interpolationibus sumptis ex Pontificali ea aetate late sparso et passim lectitato, additis fortasse diversis temporibus a librariis pluribus.

RECENSIONIS POSTERIORIS ARCHETYPVM.

Recensio posterior quomodo differat a priore, elucet ex iis quae de hac diximus; scilicet omnes ii loci qui explentur vel emendantur adhibitis editionis prioris reliquiis cum communes sint exemplaribus quotquot extant recensionis secundae, huius proprietatem determinant. Addo paucos locos in recensionis secundae exemplaribus non contaminatis hiantes et maiore ex parte expletos ope aut epitomarum aut librorum contaminatorum:

14. 15 *Pium post Anicetum collocant epitomae et cl. III cum cat. Liberiano; verum ordinem ad Indicem restituit recensio secunda (antiquus remansit in indice libri B*[1]*)*

20, 8 patenas uitreas ante sacerdotes in ecclesia et ministros ⟨supportantes, donec episcopus missas⟩ celebraret *uncis ⟨ ⟩ comprehensa om. I. II, explent FK et III*

29, 1 epistulam . . . missam a *(sic II,* aput *I)* cypriano ⟨accepit⟩: *vocabulum* accepit *habet K (deficit F), om. I. II*

51, 4 sepultus est ⟨sic missas celebrarentur. hic constituit,⟩ ut, si quis desideraret *cet. Uncis comprehensa om. I. II, explent F et III et ex parte K*

83, 34 hic multa corpora sanctorum requisivit et inuenit, quorum etiam versibus declaravit] *sic I. II imperfecte;* concilia, *quod post* etiam *inserunt contaminati, parum aptum est et fortasse additum coniectura*

120, 6 a die ⟨xiiii k. dec. usque in die x⟩ k. aug. *uncis comprehensa om. I et II, addunt K et contaminati*

Denique spatia episcopatuum in huiusce recensionis exemplaribus praeter contaminata quaedam omnibus ita vidimus concordare (p. LIII seq.), ut appareat ad Indicis exemplar aliquod deterioris ordinis ea exacta esse, habeant autem mendas aliquot, ut spatium Pelagii I annorum non quattuor, sed undecim, ab ipso auctore secundo commissas et ex eius archetypo in utramque classem pariter propagatas.

Recensio posterior ubi consulto recedit a priore, archetypum illius verisimile est duplicem lectionem habuisse vel in margine additamenta, potestque quaeri, annon

eiusmodi mutationum vestigia in libris nostris deprehendantur. Exempli gratia vitae Iohannis I commate primo (133, 1) quae absunt ab epitomis duabus verba *fuit autem* et *temporibus Theodorici et Iustini Augusti*, priora etiam a contaminatis, adiecta videlicet videntur fuisse a diasceuasta ad marginem archetypi recensionis secundae; ita enim explicationem habet, quod priora desunt item in classis secundae exemplari optimo B^4, vocabulum autem *temporibus* in eodem libro aliisque classis eiusdem legitur loco alieno. Recensio prior si recte nota esset, ulterius id persequi liceret; iam eiusmodi observationibus iustum fundamentum deest.

CODICVM CLASSES PRIMA ET SECVNDA.

Ab hoc recensionis posterioris archetypo duo exemplaria sumpta sunt, quorum alterum generavit codices classis primae, secundae codices alterum. Duorum ordinum separatio, scilicet si sequimur codices utriusque generis meliores reiectis deterioribus passim ex altero ordine contaminatis, certa est ubivis et perpetua, id est continuata, ni fallor, ad episcopum Cononem, in quo supra (p. XIV) vidimus finivisse exemplaria, quorum hodie notitia extat, antiquissima quaeque. Certe quamquam fieri potest, ut classium duarum archetypum commune Cononem non attigerit, non multo ante eum subsistit, et quamquam in vitis aetatis posterioris libri omnes fere concordant et gravioribus discrepantiis deficientibus classium diversitas obscuratur, ea ante Cononem non tollitur, ut ostendunt inter alios loci hi:

170, 4 hic inuestiuit regias in ingressu ecclesiae eius (ecclesiae beati petri A^2) quas uocant mediana *I*	inuestiuit regias in ingressu ecclesiae maioris (*libri boni* maiores) qui appellatur mediana *II*
186, 5 per eosdem missa *I*	per eosdem missos *II*

Sed ad vitas quinque huius editionis postremas Sergii I Iohannium VI et VII Sisinnii Constantini, quas supra p. XCV diximus post intervallum corpori supplementi loco accessisse, classium trium separationem non pervenire infra (p. CXXXIV) ostendimus.

Sequitur, ut ubi eiusdem classis libri dissentiunt, scilicet secundae (nam in prima Lucensis non tam primarius est quam unicus), ii fere archetypi lectionem exhibeant necesse sit, qui consentiunt cum classe prima eamque legem, ubi codices classis secundae singillatim examinavimus, vidimus ubivis posse admitti.

Crisis igitur corporis vitarum potissimum continetur libris duorum ordinum intra se comparandis et ubi differunt, eligenda lectione probabiliore. Neutro ordine carere nos posse cum evidenter appareat, ut de utriusque indole recte iudicetur, subiecimus specimen vitiorum classis utriusque ita institutum, ut lectioni verae subiungatur vitiosa. Classis prima (I) in hoc elencho intellegitur potissimum codex Lucensis (A^1), iuxta quem reliqui eiusdem ordinis vix in censum veniunt; secundae classis (II) libros potissimum respicimus C^3B^4, reliquorum erroribus minoribus in laterculo hoc praetermissis. Adscripsimus item praeter testimonia epitomarum recensionis prioris lectionem classis tertiae (III) contaminatorum, de qua cum postea agendum sit, utile visum est iam hoc loco indicare, num ad alteram utram classem accedat an ab utraque discrepet. C^3 in hoc elencho ad classem II refertur; cum contaminatis ubi facit, id indicavimus.

Vitia classis primae.

1, 1 deprecatur] dedicatur *I*
1, 8 papa] pater *I*
1, 14 direximus *om. I*

1, 14 frater] sanctae *I*

6, 11 *et deinceps* episcopatum *casu primo, non* episcopatus *constanter fere et classis secunda et ex tertia GE*^{1} *et uno loco (21, 15) F*^{3}*;* episcopatus *plerumque classis prima, nisi quod paucis locis (19, 9. 26, 12) antiquum vitium remansit*

17, 1 eleuther] *II. III cum F,* eleutherius *I cum K ex em.*

20, 1 zepherinus] *K II,* zephirinus *I*

23, 4 quem sepeliuit beatus tiburtius] *add. I cum F, om. II. III*

24, 9 xi k. dec.] *II. III cum FK et ind. Liber., deletum in I propter causam supra p. CXVII adlatam.*

27, 5 diuidit] diuisit $A^{1.2}$

34, 3 ex philosopho] *II. III cum FK,* et philosopus *I*

34, 12 grauione] glabrionis *I ex em.*

45, 1 ex medico] *II similiterque III,* ex medicus A^{1}

48, 11 qui praest. sol. lu .... 13 fundum percilianum terr. sabinense *om. (in transitu a pag. ad pag.)* A^{1}

59, 9 ambronio] *II. III,* ambrosio *I errore opinor.*

60, 8 ciuitate cyro] *II. III,* c. tyro *I*

64, 10 quiriacetis] *II,* cyriacetis *III,* cyriacae *I*

68, 17 item quod obtulit gallicanus] *II. III,* canus *(rel. om.) I*

68, 22 massam territurio ... 24 picturas] *II. III, om. I*

69, 12 lx fundum mol. pr. sol.] *II. III, om. I*

73, 2 nepotiano] B^{1}, et nepotiano *II reliqui,* et nepotiani *I. III cum FK*

73, 7 uia *om. I*

73, 16 calices ... 18 lib. x] *II. III, om. I*

77, 7 eregit] *II. III,* damnauit *I cum F*

78, 14 eregit] *II,* egecit *I. III cum FK*

81, 19 in pace *non habet II, habent I. III*

83, 7 *verba* via ardeatina ubi requiescit et *habet I cum F, non agnoscit II, contaminavit utrumque III*

86, 2 in urbe *om. II. III, recte puto*

88, 16 dominico] *II. III,* dona haec *I*

91, 5 licentia *om. I*

92, 4 basilica iuli] *II,* basilica iuliae *I. III;* basilica Iuli *redit* 139, 5, *ubi libri boni non variant et apud Iohannem diaconum in vita Gregorii magni 4, 20;* basilica Iulia *est* 148, 5; basilica domus Iuliae 210, 13

92, 10 ueniens autem] *II. III, om. I*

95, 2 pens. sing. .... 9 basilicae xxiiii *om. I*

99, 3 patenas ... 16 fara aerea lx *om. I*

102, 6 ccccui episcoporum] *F. II. III,* cccuiii episcoporum *I*

108, 13 mirae magnitudinis quae dicuntur *I, om. II. III, recte puto*

108, 14 ecatonpentaicas] exatonpentaicas *I,* ecatonpentaleicas *II. III*

113, 2 proteri] *II. III,* presbiteri *I cum F*

114, 23 heracleam] *II. III,* constantinopolim *I cum F*

124, 16 triuana] *ex II* $B^{2.3.4}$ *et ex III G,* triua A^{2}, tribuna A^{1}, tiburtina $C^{3}E^{1.6}$

125, 1 hic absidam ... imminebat *II. III, om. I*

133, 10 religiosus summo] *II,* religiosissimus *I*

135, 21 importunum ex cons. agapitum ex cons. *II. III, om. I*

137, 23 optulit] *I, om. II. III, recte opinor hi*

139, 14 ut sibi successorem ordinaret quod constitutum *II. III, om. I*

145, 11 inclaudit] *II. III,* inclusit *I*
149, 5 guintarit] *II,* uuintharim *I similiterque III*
149, 9 scribens *I,* in qua scripsit *II. III; utrum praestet, inc.*
149, 11 argenteos *II. III, om. I*
156 seq. *depositionum dies ex laterculo supra p. LXVIII intelleguntur a Vigilio ad Bonifatium V afuisse ab archetypo communi; deficiunt in libris quibusdam classis tertiae et in Pelagio I etiam in prima; in reliquis episcopis in prima dies adsunt quidem, sed ita extremis adhaerent, ut liqueat eos postea adiectos esse. Praeterea interpolationem prodit, quod dies hi efferuntur consuetudine non Romana, quae redit in depositionibus inde ab Honorio.*
159, 10 positis] *II. III,* positis his diebus *I, requiritur* positus
160, 2 absque iussione] *II. III,* ex praecepto iussionem A^1, extra iussione A^2
161, 3 *inter opera Gregorii* dialogorum libros IIII, *quod non habent* KC^3B^4, *videntur addidisse loco non eodem librarii cl. I et III et deteriorum cl. II*
161, 15 super altare] *I, om. II. III; utrum praestet, inc.*
165, 5 beatae ac gloriosae et dei genetricis semperque virginis Mariae *I,* beatae mariae semper virginis] *II. III; utrum praestet, inc.*
165, 8 focas] *I, om. II. III recte ut vid.*
166, 5 mixti] *II. III recte ut vid., om. I*
166, 10 *addit I verba quaedam melius omittenda*
166, 15 terrae motus maior] t. m. magnus *I: offendit librarium comparativus pro positivo*
170, 6 ecclesiae eius quas uocant *I,* ecclesiae maiores (*scr.* maioris) qui appellatur *II. III melius ut vid.*
171, 4 exquisite] *similiterve II. III, om. I*
171, 11 ad palmata] *II,* palmata *I*
175, 18 diuersi christianissimi] *II. III recte ut vid.,* christiani *I*
180, 8 ornauit] *II. III,* dedicauit et ornauit *I interpolans ut vid.*
180, 10 quamque] *II. III cum actis concilii Lat.,* quam *I*
180, 12 fidem catholicae ecclesiae] *II et* E^1 *cum actis concilii,* fidem catholicam apostolicam ecclesiam *I et* GE^6
182, 15 hieraticos] B^4E^5, hereticos *I cum* $B^{2.3}GE^{1.6}$
182, 21 omnem] *ins.* A^1G
186, 5 eosdem missos] *II. III,* eosde(m) missa *I,* eos dimissa *G*
186, 10 u die m. iul.] *II et* $E^{1.6}$, xu die m. iul. *I et* GE^4
190, 12 confugerant fecerunt] *II. III,* confugium fecerant *I*
194, 1 cum filiis atque fratres] cum filiis atque fratribus *I ex em.*
194, 1 binati] uel nati *I*
194, 3 non cessauit] cessauit *I*
204, 4 *eclipsis plenior in II. III quam in I*

Vitia classis secundae.

11, 9 sedis apostolicae] *I cum FK,* patriarchae *II. III ex interpolatione* (*Duchesne* I p. CCVIII)
12, 14 episcopos p. d. l. xiii] *I cum FK, om. II. III*
17, 9 maxime f. q. d. creauit] *I. III cum FK, om. II*
21, 3 theodoliobolli] *I cum FK,* helioballo *II,* heliogabali *III ex em.*
22, 5 qui etiam clare confessor temporibus diocletiani] *I cum FK,* clare *sustu-*

lit II utpote corruptum, temporibus diocletiani, *quoniam praecedunt Macrinus et Elagabalus, sequitur Alexander*

24, 8 adflictus maceratus fustibus] *I cum FK, om. II neque habet haec index Liberianus, sed fuerunt omnino in editione priore sive temere sive ex narratione alia ab auctore ad Liberianam adiecta, sustulitque editor secundus*

25, 1 quem beatus fabianus .... per nauem] *I cum FK, om. II, delens propterea quod cum Pontiano successerit non Fabianus, sed Anteros, parum convenire videbatur Pontianum sepultum esse non a successore, praesertim postquam huic pro mensibus vix duobus datum est spatium annorum XII. eidem difficultati supra p. CXVII vidimus diversum remedium adhibitum esse in epitome F et cl. III*

26, 5 et legentium] *I, om. II. III cum FK fortasse errore*

26, 9 *ordinatio facta ab Anterote in I cum FK recedit a formula consueta additis verbis* in ciuitate fundis campaniae, *ad solitam redigitur II. III*

29, 13 ambulauit noctu centumcellis] *I cum K, om. II. III*

30, 3 exhibuit] *I cum K,* adduxit *II. III*

30, 7 et cum praefecto urbi *et* noctu *addunt II. III interpolantes*

30, 11 ante templum palladis *(sic III,* palatii *I)*] *I. III, om. II, non recte, cum praesertim cum prima classe tertia faciat*

31, 6 *extrema vitae Callisti* hoc autem factum .... dies lxui *habet I cum FK, om. substituta extrema parte vitae Lucii II, contaminant duarum classium lectiones libri* $E^{1.4.6}D^{1.2}$

40, 1 hic fecit ordinationes ... 2 loca u *et suo loco et post* 4 coronatur *II*

42, 1 quem coniurans ... non impleret] *II. III, om. I*

42, 7 *relationi de sepultura Marcellini, qualem exhibet I, recensio II alteram paullo diversam et praeterea ordinationes repetitas inseruit: formas duas contaminavit III*

43, 10 quasi] *I. III cum K,* quod *II*

43, 13 episcopos p. d. l. xxi *om. II*

46, 6 ab eodem] A^1 *solus,* ab eodem die A^2 *II. III cum FK*

47, 4 syraptin] *I. III cum vita Silvestri (v. adn.),* seracten *II cum FK*

51, 8 custos martyrum a. u] *II. III cum F contra const. Silvestri (v. adn.), om. I K*

53, 4 ex argento dolaticium] *I. III, om. II*

53, 6 camaram ex auro purissimo et] *I, om. II. III*

53, 13 ex auro purissimo] *I, om. II. III*

59, 5 nardi olei lib. cc] *I. III (etiam* C^3*), om. II*

60, 6 oleum nardinum lib. cc *habent I. III, om. II*

60, 10 possessio obariae pr. sol. ccclx *habent I. III, om. II*

65, 6 patenam ... 17 medemnos ii *habent I. III, om. II*

65, 18 *mutatum ex causa ad* 66, 11 *indicata, legitque sic mutatum iam Beda*

66, 11 ante sepulchrum beatae helenae .... 13 sigillis *habent I. III, om. II propterea quod ea inseruerunt in locum* 65, 18 *seq.*

66, 15 *mutata dant II. III*

67, 9 ad eandem insulam pertinentibus *habent I. III, om. II*

67, 13 insulam *habent I. III, om. II*

71, 2 *post* fara aerea xx *quod sequitur* pens. sing. lib. x *om.* A^1*, recte puto, quoniam pondus aeneis parum convenit; similiter interpolati sunt loci*

89, 14. 17. 95, 2; *deficit pondus in aeneis* 70, 12. 99, 16; *ubi habent libri omnes, venit opinor ex interpolatione*

73, 2 facundo] *I,* fecundo *vel* secundo *II cum FK,* secundi *III*

75, 8 altera trans Tiberim] *I cum indice Liber.,* aliam uia flaminia *II. III*

79, 4 fecit basilicam nomini suo *(sic)* iuxta macellum libiae] *I. III, om. II*

79, 10 (Liberius) sepultus est .... u id. sept.] *I cum FK: substituunt diem* uiii k. mai. *II. III odhibitis fortasse gestis Liberii (v. adn.)*

81 *Felicis II martyrium Romae fit secundum I, Corae secundum II, utrumque contaminat III*

82, 6 fuit autem temporibus iuliani *I. III cum FK, om. II*

86, 4 non participarent .... 6 hic constituit ut *habent II. III, om. I recte omnino, nam explicant verba textus* ut ... nullatenus communicaretur

89, 15. 17 *vide ad* 71, 2

92, 15 alii episcopi] *I, om. II. III utpote corrupta (vide supra p. CXV)*

94, 2 campanus] *I. III cum FK,* romanus *II*

94, 10 ignem geticum] *I. III,* i. zeticum *II*

99, 17 fecit autem .... 19 exornauit *habet I, om. II. III*

99, 20 hic constituit .... 27 nomina episcoporum] *mutata et aucta leguntur in II. III; additamentum* et martyrum *subditicium esse docuit Rossius Roma sott. 2, 34*

99, 29 fecit ... 100, 4 lib. singulas *habet I, om. II. III*

101, 6 eutychiana et nestoriana] *I fere cum F,* per quosdam episcopos *II. III*

101, 9 orthodoxum] *I,* fidelem *II. III*

102, 8 episcopi leonis] *I,* archiepiscopi leonis *II. III*

104, 20 *locum de basilicis a Leone factis I habet plenum, mutilum II, utramque recensionem contaminat III*

105, 3 fecit vero cameram ... 16 ex clero romano *habent I. III cum K, om. II*

109, 31 sing. lib. uiii] *I,* lib. xxiiii *II (reliqui),* sing. lib. xxiiii *ex II* B^4 *et III*

110, 4 phara x ... 5 lib. lx] *I,* phara x ... sing. lib. x *III,* phara x ... lib. x *II*

110, 8 siue ad paenitentem *I, om. II. III*

110, 13 scyphum aureum stationarium *I,* sc. aur. asatum *II. III*

110, 25 sancto stephano fecit autem oratorium sancti stephani in baptisterio lateranense *II. III, om. I, fortasse recte*

115, 9 cui concilius concessit tempus paenitentiae *habet I cum F, om. II. III*

116, 7 sub gesta synodi cum fletum *I,* sub gesta synodicam *(ex* cum [fletum]) *II. III*

116, 22 *locus de Iohanne Alexandrino a Gelasio recepto plenior in I quam in II. III*

117, 13 *locus de libris Gelasii plenior in I quam in II. III: utra recensio antiqua sit, quaeritur*

128, 4 direxerunt *I. III,* dixerunt *II*

148, 2 uuitigis regem] *I,* guitigem regem *II. III*

148, 10 cum romanos] *I,* cum romanis *II. III*

156 seq. *depositionum dies (p. LXVIII), quos supra p. CXXI vidimus ab archetypo communi afuisse, deinde in classe prima adiectos esse ad finem fere vitarum consuetudine non Romana, in hac classe adsunt redacti ad consuetudinem eam et locum magis aptum post sepulturam: illam formam ut minus concinnam ita vetustiorem esse et per se patet et inde confirmatur, quod in Sabiniano secundae classis optimus* B^4 *collocationis ad finem vitae vestigium servavit*

168, 10 exarchus] *I et G,* eunuchus *II et* E^1 *cum Paulo: illud videtur praestare*
168, 15 beatissimo papa *I et G, om. II et* E^1*; utrum praestet, inc.*
173, 7 fecit autem .... 11 obtulit] $B^{2.3.4}$*, om. I et III (cum* C^3*)*
175, 8 a sancto uiro] *I. III,* a supra scripto uiro *II; utrum praestet, inc.*
179, 14 episcopus et patriarcha *I et G,* patriarcha *II et* E^1*; utrum praestet, inc.*
193, 19 et mense] *I, om. II. III*
208, 5 quas patrimonii brittius et lucaniae annue persoluebat] *sic I, corruperunt libri reliqui*

Classis prima, ut eam repraesentat codex unicus magis quam primarius Lucensis scriptus saeculo octavo exeunte, vitiis laborat non paucis. Hiatus admisit complures (68, 17. 22. 73, 16. 92, 10. 95, 2. 99, 3. 125, 1. 139, 14). Barbarismos hic illic sustulit: *episcopatum* (6, 11) perpetuo factum est *episcopatus;* pro perfectis *dividit* 27, 5, *inclaudit* 145, 11 dedit quod grammatica requirit; ex *quamque* 180, 10, quod habent acta concilii Laterani, fecit ut scribi debuit *quam;* item *Glabrione* substituit pro *Grauione* (34, 12), *damnauit* vel *eiecit* pro *eregit* (77, 7. 78, 14); *terrae motus magnus* pro *t. m. maior* (166, 15); nomina barbara ad declinationem revocavit (149, 5); displicuerunt ei *Eleuther* factus *Eleutherius* (17, 1), *Zepherinus* factus *Zephirinus* (20, 1). Mutavit quae non intellegeret manu levi, sed nequaquam felici; scribitur *et philosopus* (34, 3) pro *ex philosopho, ex medicus* pro *ex medico* (45, 1), *Tyro* pro *Cyro* (60, 8), *uel nati* pro *binati* (194, 1). Denique non desunt additamenta et immutationes; uno loco 180, 12 acta concilii Laterani exscribens verba *fidem catholicae ecclesiae* amplificavit et corrupit: *fidem catholicam apostolicam ecclesiam;* altero 24, 9 diem tollit *XI k. Dec.* narrationi parum conveniente; tertio *Heracleae* substituit *Constantinopolim* (114, 23); in sepulturis (23, 4. 81, 19. 83, 7) et alibi (108, 13. 159, 10. 180, 8) verba quaedam de suo videtur addidisse, sed rara et nullius gravitatis. Ut passim erravit, ita noxia interpolatio in huiusce libri scriptorem non cadit et merito primum locum Duchesnius ei tribuit. Quod idem ait (I p. CCXVII et p. 384) inde a Bonifatio II (p. 139) alterum ordinem praestare, primum rursus praeferendum esse inde a Sergio I (p. 210), certis argumentis non confirmavit; verum est et virtutes classis primae et vitia secundae multo magis eminere in parte vitarum anteriore, cum in posteriore plerumque libri omnes consentiant, sed quod supra posuimus duos testes nos habere recensionis posterioris, quorum neutro recte careas, id per universum corpus obtinet.

Classis secunda aetate alteram praecedit; nam ex codicibus eius hodie extantibus antiquissimus scriptus videtur esse sedente Sergio I († 701) et Beda quoque quod adhibuit exemplum perveniens ad Gregorium II († 731), huiusce classis fuisse constat (supra p. CV). Nihilominus archetypum id, a quo libri nostri proficiscuntur, longe deterius fuit eo quod repraesentatur codice Lucensi. Hiatus maiores casu factos hic quoque ordo habet licet numero pauciores (31, 6. 99, 29. 104, 20); sed passim desiderantur in eo improbata archetypi scriptori et consilio sublata (25, 1. 26, 9. 29, 13. 66, 11. 92, 15). Alia reperiuntur aut male inserta (42, 1. 71, 2. 86, 4) aut temere mutata (81. 99, 20. 101, 6. 109, 31), inter quos locos notabiles sunt quibus aliqua rerum notitia subest, ut 21, 3 imperator *Theodoliobollus* factus *Helioballus* (voluit *Heliogabalus*), 22, 5 sublatus Diocletianus propter rationes aetatis, 79, 10 dies obitus Liberii mutatus adhibitis ut videtur gestis eius episcopi. Dittographias quas proprie dicas quamquam non repperi, prope ad eas accedunt in Gaio 40, 1 ordinationes bis positae locis diversis et in Marcellino 42, 7 relatio de sepultura verbis hic illic mutatis bis repetita. Habemus igitur testem omnino audiendum et ipsum, sed parum simplicem nec raro fallacem. Quam ob rem ubi argumenta alia deficiunt, nos quoque ad primam classem magis nos applicuimus quam ad secundam.

CODICVM CLASSIS TERTIA CONTAMINATORVM.

Contaminatos corporis huiusce codices eos appellamus, qui pendent a classe secunda ita, ut vitiorum eius magnam partem et ipsi habeant, sed habeant praeterea inter sordes multas et diversas utilia quaedam et omnino genuina, alia testata praeterea epitomis *FK*, alia sua vi et indole satis defensa. Comprehenduntur eo ordine missis inutilibus et minoribus Bernensis 408 = C^3 saec. IX, qui quia propius quam reliqui accedit ad exemplaria classis secundae pura, supra cum his recensitus est et hic quoque ubi cl. II lectio refertur, ea, nisi contrarium monetur, C^3 quoque comprehenditur; epitome Cononiana, quatenus non pendet ex recensione priore; duo libri ex eodem archetypo descripti Vaticanus 3761 = *G* saec. X/XI et Laurentianus 66, 35 = E^6 saec. XV; codex Vaticanus 3764 = E^1 saec. XI pendens a duobus libris altero gemello nostri C^3, altero simillimo nostrorum GE^6 et cum auctores habeamus ipse raro utilis. Ad eandem stirpem item referenda sunt fragmenta Farnesiana = E^5 saec. IX et excerpta Mutinensia saec. VII/VIII. Contaminationis eius, quae huic ordini originem dedit, cum vestigia iam appareant in excerptis Mutinensibus (p. XCIV), ascendit omnino ad saeculum septimum extremum vel incipiens octavum. De indole eius et de librorum in quos radices egit convenientiis ut recte iudicetur, id quod sane difficile est, placuit locorum tam recte emendatorum auctorumve quam interpolatorum et corruptorum indicem subicere adscripta ad singulos auctoritate. Probabilia, quae in contaminatis reperiuntur, asteriscis distincta sunt duplicibus, ubi adsunt in C^3, singulis, ubi hic liber ea non habet. — Lectionum harum compositarum ad determinandas codicum affinitates et proprietates partem eam, quae recte videbatur ad singulos codices aptari posse, supra praecepimus in eorum recensu et enarratione; infra quae exhibentur consulto non ad classes digessimus, sed proposuimus coniuncta; ita enim hic permixta sunt per singulos fere libros bona et vitiosa, ut omnia simul expendantur necesse est. Contaminatorem scripsisse Lucae fortasse inde efficitur, quod Lucium episcopum 32, 2 pro Romano fecit *Tuscum de civitate Luca,* patrem quoque ei adsignavit pro Porphyrio *Lucinum;* lusus in nominibus cum clare appareat nec dubitari possit de interpolatione redeunte ad ipsum contaminatorum archetypum, causa alia vix poterit cogitari quam patriae amor inconsultus.

** *Spatia episcopatuum in contaminatis omnibus (C^3E^6 et quatenus perveniunt GE^5, item in E^1, sed receptis in hunc librum item numeris vulgaribus) pariter atque in epitome Cononiana aliquantum recedunt ab iis quae habent cl. I et II, scilicet faciunt in parte priore magna ex parte cum numeris catalogi Liberiani, in posteriore cum Indicis exemplaribus aut omnibus aut vetustioribus*

** 3, 4 hic ordinauit . . . 4, 4 post hanc dispositionem martyrio] hic martyrio *(om. reliquis) $C^3E^{1.6}$ cum FK: supra p. CXV iam observavi locum de Lino et Cleto episcopis insertum esse videri a corporis recognitore adhibito Rufino*

6, 9 mense decembri] *addunt $E^{1.6}$ cum FK*

** 7, 7 hic ex praecepto . . . . 7, 12 ordinati *om. C^3: locus re coniunctus cum 3, 4 simul cum eo videtur adiectus esse a recognitore*

7, 8 duas *om. $KE^{1p.6}$*

9, 8 ordinauit] constituit *E^6Mut.*

10, 3 predicatione] precationem *$E^{1.6}$*

11, 6 hic constituit ut] et *K Mut.*

** 14 seq. *Pium post Anicetum collocant C^3E^1Mut. (non E^6) cum FK et catalogo Liberiano; eum ordinem fuisse in recensione priore supra p. CXVIII diximus*

** 14, 9 pascha] *reliqui,* sanctum pascha $C^3E^{1\cdot6}$*Mut.,* sanctum paschae *FK*

14, 11 hereticum uenientem ex iudaeorum heresi] a (ut *Mut.*) iudaeo hereticum uenientem *Mut. cum K*

14, 17—20 *fundatio monasterii sanctae Pudentianae adiecta est in libris* $E^{1\cdot6}$ *locis diversis*

16, 4 nullus monachus] *libri boni,* nulla monacha $E^{1\cdot6}$ *et deteriores multi*

* 17, 7 nulla esca usualis] $E^{1\cdot6}$*Mut. eiusque lectionis vestigia adsunt in FK,* nulla esca (*om.* usualis) *I. II*

** 20, 8 supportantes donec (dum *FK*) episcopus missas] $C^3E^{1\cdot6}$*Mut. cum FK, om. I. II*

* 21, 8 quarti septimi et decimi] $E^{1\cdot6}$*Mut. cum FK, om. I. II*

22, 5 qui etiam clare confessor temporibus diocletiani] *sic I cum FK,* hic uero confessor *(rel. om.) II,* hic uero confessor extitit temporibus diocletiani E^4 *solus in cl. III,* hic uero confessor extitit temporibus maximini et africani cos. $E^{1\cdot6}$ *correctura sumpta ex vita proxime (scilicet secundum hanc recensionem) praecedenti Anterotis 26, 3:* temporibus maximi et africani cos.

24 *seq. Pontianum post Anterotem collocant* $C^3E^{1\cdot4\cdot6}$*Mut. cum F contra K I. II; illam collocationem supra p. CXVII diximus fuisse videri in archetypo priore*

29, 5 corpus beati pauli acceptum] corpus b. p. (*om.* acceptum) $E^{1\cdot4\cdot6}$

30, 20 magis animas redimendas] *I,* magis spiritale consilium *II,* magis spiritale consilium ad animas redimendas $E^{1\cdot4\cdot6}$

31, 6 fecerit] *reliqui et* E^4, fecisset $E^{1\cdot6}$

32, 2 lucius natione romanus ex patre purphirio] *I. II cum FK,* lucius natione tuscus de ciuitate luca de patre lucino $E^{1\cdot4\cdot6}$

33, 1 ex patre iobio (iou *K*)] *I. II (rel.) cum FK,* ex patre iulio $C^3E^{1\cdot6}$

34, 12 grauione] grauionis E^6, rauione C^3, rauionem E^{1p}, rauionis E^{1c}

35, 8 supra dictus autem beatus laurentius] supra dictus beatus autem laurentius C^3 *cum* B^1, beatus autem laurentius (*om.* supra dictus) $E^{1\cdot6}$

36, 6 dedit] diuidit $KE^{1p\cdot6}$*Mut.*

37, 4 temporibus Claudii et ⟨Aureliani a consulatu Claudii et⟩ Paterni *uncis comprehensa om.* $KE^{1p\cdot6}$

* 39, 5 temporibus ⟨cari et⟩ carini *uncis comprehensa habent* $E^{1\cdot6}$ *soli cum FK*

41, 8 *excerpta ex concilio ficticio Sinuessano inserit* E^6

42, 3 ut praecepta diocletiani non impleret] non *om.* B^1E^{1p} *(abest comma a I)*

42, 8 et sepeliuit in uia salaria *seq.*] $E^{1\cdot6}$ *ut I, sed inserunt ex lectione corrupta II unum vocabulum* claro

44, 1 quo semper contemnens] qui s. contemnens $C^3E^{1\cdot6}$

44, 6 beatum uirum] beatum C^3, beatum marcellum $E^{1\cdot6}$

44, 17 lucina u. scr. d. est *om.* $E^{1p\cdot6}$

45, 8 hic ... 10 xiiii *om.* $E^{1p\cdot6}$

* 47, 5 persecutione constantini percussus] $E^{1\cdot6}$ *cum FK*

XXXIIII. SILVESTER, natione Romanus, ex patre Rufino, sedit ann. XXIII mens. X dies XI, temporibus Constantini et Volusiani, ex die kl. Feb. usque in diem kl. Ian. Constantio et Volusiano consolibus. Hic exilio fuit in montem Seracten, persecutione Constantini concussus, et postmodum rediens cum gloria baptizavit Constantino Agusto,

quem curavit dominus per baptismo a lepra.

Hic fecit constitutum de omni ecclesia. Huius temporibus factum concilium cum eius consensu in Nicea Bitinia;

et congregati sunt sacerdotes

CCCXVIII episcopi catholici et quorum cyrografus cucurrit alii inbeciles CCVIII, qui exposuerunt fidem integram

sanctam catholicam immaculatam

et damnaverunt Arrium, Fotinum et Sabellium

vel sequaces eorum.

Et in urbe Roma congregavit episcopus CCLXXVII et damnavit Calisto et Arrio et Fotinum. Et constituit,

ut presbiter Arrianum non susciperet nisi episcopus loci designati, et

crisma ab episcopo confici et privilegium episcopis, ut baptizatum consignent propter

CONONIANA

a consolatu Maximini VIIII usque ad Maxentium II,

Volusiano et Rufino consolibus. Hic constituit, nulla ratione die dominica aut quinta feria ieiunium quis fidelium ageret, quia hos dies pagani quasi sacrum ieiunium celebrabant. Et Manichei inventi sunt in urbe. Ab eodem die fecit, ut oblationes consecratas per ecclesias ex consecratum episcopi dirigeretur, quod declaratur fermentum. Hic fecit ordin. I,

presb. IIII, diac. IIII, episcopos XI.

Sepultusque est in cimiterio Calisti IIII id. Feb.

Cessavit episcopatus dies XVI.

XXXIIII. SILVESTER, natione Romanus, ex patre Rufino, sedit an. XXII mens. X dies XI. Fuit autem temporibus Constantini et Volusiani, ex die k. Feb. usque in die k. Ian. Constantio et Volusiano consolibus. Hic exilio fuit in monte Seracten, persecutione Constantini concussus, et post rediens cum gloria baptizavit Constantinum Aug.

Hic fecit constitutum de omni ecclesia. Factumque est concilium cum eius consensu in Nicea Bitinea

cum

CCCXVIII episcopis et quorum cyrographum cucurrit alii inbeciles CCVIII, qui exposuerunt fidem integram

et damnaverunt Arrium, Fotinum et Sabellium.

In urbe Roma congregavit episcopos CCLXXVII et damnavit Calistum, Arrium et Fotinum. Constituitque

crisma ab episcopo confici et privilegium episcopis, ut baptizatum consignent propter

FELICIANA

hereticam suasionem. Hic constituit, ut nullus laicus crimen clerico inferret. Hic constituit, ut diacones dalmaticas uterentur

et pallia linostima leva eorum tegerentur.

Hic constituit, ut nullus clericus propter causam quamlibet in curia introiret nec ante iudicem cinctum causa dicerit, nisi in ecclesia. Hic constituit,

ut sacrificium altaris non in sirico neque in pannum tinctum celebraretur nisi tantum in lineum, sicut corpus domini

nostri Iesu Christi

in sindonem lineam sepultus est:

sic missas celebrarentur.

Hic constituit, ut, si quis desiderarit in ecclesia militare

aut proficere,

ut esset lector annos XXX, exorcista dies XXX, acolitus ann. V, subdiaconus ann. V,

custus martyrum ann. V,

diaconus ann. VII, presbiter III, probatus ex omni parte

et etiam foris qui sunt testimonium habere bonum;

et sic ad ordinem episcopatus ascendere, nullum maiorem vel prioris locum invadere,

nisi ordinem temporum cum pudore cognoscere, omnium clericorum votiva gratia,

nullum omnino clerico vel fidele in contra dicentem. Hic fecit ordinationes VII per mens. Decemb., presb. XLIIII, diaconos XXXVI, episcopos per loca LXV.

CONONIANA

hereticam suasionem et nullus laicus crimen clerico inferret; ut diaconis dalmaticas uterentur;

ut sacrificium altaris non in siricum neque in pannum tinctum celebraretur, sed in linum, sicut corpus domini

in sindone sepultus est.

Hic constituit, ut, si quis desideraret in ecclesia militare,

ut esset lector an. XXX, exorcista dies XXX, acolitus an. V, subdiaconus an. V,

diaconus an. VII, presbiter an. III, probatus ex omni parte,

et sic ad episcopatum ascendere, nullum maiorem vel prioris locum invadere,

et nullum clericum vel fidelem contradicentem. Hic ordinationes fecit VI per mense Decembrio, presbiteros XLII, diaconos XXXVI, episcopos LXV.

Huius temporibus fecit Constantinus Augustus basilicam Constantinianam et alias, quas et ornavit, ubi posuit dona, cameram ex auro, deditque ibidem tam in vasis sanctoarii quam diversis speciebus auro libras CCCCLXXXII, argento libras V̄IIDCXXVI, candelabra ex auricalco VII ex argento interclusa, pensantes singuli libras CCC, aromata annis singulis libras CL; constituitque ibi in luminaribus terretoria prestante per singulos annos solidos ĪD. In fontem vero, ubi baptizatus est Constantinus Aug. a sancto Silvestro, qui est ex metallo purfuritico, posuit ibi in ornamentis

FELICIANA

CONONIANA

aurum libras LXXXII, argentum libras IIIIDCCCXIII, timiamaterium aureum cum gemmis prasinis XLVIII, balsamum ad lumen diebus paschae libras CC; territoria in luminaribus ad ipsum fontem, prestante annis singulis solidos VIICXXII. Huius temporibus · fecit Augustus Constantinus ex rogatu Silvestri basilicam beato Petro, cuius loculum cum corpus sancti Petri ita recondit: ex undique de aere conclusit ex omni parte pedes V et ornavit superius ex columnis purfuriticis et alias viterias, quas de Grecia perduxit. Fecit autem et cameram basilice extrema ex auri fulgente et super corpus, supra aere quod clusit, fecit crucem ex auro pensantem libras CL, in mensura locus, ubi scriptum est: Constantinus Augustus et Helena Augusta hanc domum regalem simili fulgore coruscans aula, scriptum ex litteris puris nigellis in cruce ipsa. Fecit candelabra VII ex auricalco argento clusas, quae pensant singula libras CCC. Item in donum, quod obtulit Constantinus Augustus beato Petro per diocissen Orientis, prestantes per annos singulos solidos III DCCLXXXVIIII triante I, balsamum libras CCXV, olei nardi libras DCCC, oleo ciprino libras C, aromata libras DCL, piper medimnus L, cariofolum libras L, croco libras C, linum fugus C, carta decadas mille XXII, papiro racanas M. Eo tempore fecit Constantinus basilica beato Paulo, cuius corpus ita recondit sicut et beati Petri, cui basilicae donum hoc obtulit: omnia vasa aurea vel argentea et aerea et crucem auream super locum ita posuit, sicut in basilica beati Petri. Predia vero prestantibus annos singulos IIIILXX, balsamum libras L, oleo nardo libras CC, aromata libras CLXX, casia libras L, storace libras XXX, stacten libras CL, papiro racanas D, lino sacos CCC.

Eodem tempore fecit Constantinus Aug. basilica in palatio Sossoriano, ubi etiam de ligno sanctae crucis

domini nostri Iesu Christi

auro et gemnis conclusit.

Eo tempore fecit beatus Constantinus Augustus basilicam in palacio Sessoriano, ubi de ligno sanctae crucis

ex auro et gemmis conclusit.

FELICIANA	CONONIANA
	Ibi et nomen dedicavit Hierusalem.
Eodem tempore fecit basilicam sanctae Agne martyris	Construxitque et alias quam plures ecclesias sanctorum, id sunt: ecclesiae sanctae Agnis martyris,
ex rogato Constantiae filiae suae. Eodem tempore fecit	
basilica sancti Laurenti.	basilica sancto Laurentio
	martyri,
Eodem tempore fecit basilicam sancti martyres Marcellino presbitero et Petro exorciste.	basilica beatis martyres Marcellino presbitero et Petro exorciste
	inter duos lauros, ubi et mater ipsius Helena Augusta est sepulta; in civitate Hostia basilica beato Iohanni Baptistae. Fecitque et basilica in civitate Albanense; intra urbe Capua basilica, quam et cognominavit Constantiniana. Fecitque et in urbe Napoli basilica. Omnes has basilicas, quas construxit Constantinus Augustus, ornavit auro argentoque plurimum ditavitque eas possessiones in diversis provinciis non parvis. Ordinavitque beatus Silvester episcopus per mens. Decemb. presbiteros XLIIII, diaconos XXVI, episcopos per diversis temporibus et loca LXV.
Sepultus est beatus Silvester via Salaria, in cimityrio Priscille, miliario III ab urbe Roma, prid. kl. Ian. Cessavit episcopatus dies VIIII.	Sepultusque est via Salaria, in cimiterio Priscillae, miliario ab urbe Roma III, prid. k. Ian. Et cessavit episcopatus dies VIII.
XXXV. MARCVS, natione Romanus, ex patre Prisco, sedit ann. II.	XXXV. MARCVS, natione Romanus, ex patre Prisco, sedit ann. II
	mens. VIII dies XX.
Fuit temporibus Constantini et Nepotiani et Fecundo consolibus, ex die kl. Febr. usque in die kl. Octob. Hic constituit, ut episcopus Ostensis, qui consacrat episcopum, pallium uteretur vel ab eodem episcopo urbis Romae consecraretur. Hic fecit ordinationes II	Fuit autem temporibus Constantini et Neputiani et Fecundo consolibus, ex die k. Febr. usque III k. Octub. Hic constituit, ut episcopus Ostensis, qui consacrat episcopum, pallium uteretur et ab eodem episcopo urbis Romae consecraretur. Hic fecit ordinationes II,
per mens. Decemb.,	
presb. XXV, diac. VI, episcopos per loca XVII. Sepultus est in cimiterio Balbini, via Ardiatina,	presb. XXVI, diac. VI, episcopos XVII. Sepultusque est in cimiterio Balbine
prid. non. Octob. Et cessavit episcopatus dies XX.	prid. non. Octub. Cessavit episcopatus dies XX.
XXXVI. IVLIVS, natione Romanus, ex patre	XXXVI. IVLIVS, natione Romanus, ex patre

FELICIANA	*CONONIANA*
Rustico, sedit ann. XV mens. I. Fuit temporibus Constantini et Feliciani et Maximini.	Rustico, sedit an. XV mens. II dies VII. Fuit autem temporibus Constantini et Feliciani et Maximini.
	Hic constituit, ut nullus clericus causam in publicum ageret.
Hic fecit ordinationes III	Hic fecit ordinationes III,
per mens. Decemb.,	
presb. XVIII, diac. IIII, episcopus per loca VIIII. Sepultus est	presb. XVIII, diac. IIII, episcopos VIIII. Sepultusque est
in via Aurelia,	
in cimiterio Calipodi,	in cimiterio Calipodi.
miliario III, prid. id. Apr.	
Cessavit episcopatus dies XXV.	Cessavit episcopatus dies XXV.
XXXVII. LIBERIVS, natione Romanus, ex patre Augusto, sedit ann. VI mens. III dies IIII. Fuit temporibus Constanti	XXXVII. LIBERIVS, natione Romanus, ex patre Agusto, sedit an. VI mens. III dies VIII. Fuit autem temporibus Constantii.
usque ad Constantio Aug. III.	
Hic exilio detrudetur a Constantio, eo quod noluit heresc Arriana consentire. Fecit annos III.	Hic exilio deputatur a Constantio, eo quod noluisset haeresi Arrianae consentire, fecitque ibi annos III.
Et congregans sacerdotes se cum consilio eorum Liberius ordinaverunt in loco eius Felice presbitero episcopum, venerabilem virum. Et fecit concilium Felix et invenit duos presbiteros consentientes Constantio Augusto Arriano, nomine Ursacio et Valente, et damnavit eos in concilio XLVIII episcoporum.	Tunc cum consilio sacerdotum ordinavit in loco suo Felicem presbiterum episcopum. Tunc supradictus Felix in concilio suo una cum XLVIII episcopis damnaverunt duos presbiteros Ursacium et Valentem, eo quod consentirent Constantio in heresi.
Post paucos dies zelo ducti Ursacius et Valens rogaverunt Constantium Aug., ut revocaret Liberio de exilio, ut unam tantum communionem participaret, excepto rebaptizare. Qui Liberius consensit	Post paucos dies zelo ducti Ursacius et Valens rogaverunt Constantio Augusto, ut revocaret Liberio de exilio et unam tantum communionem participaret, excepto rebaptizare. Qui Liberius consensit.
preceptis Augusti unam participationem conveniret communionis.	
Tunc revocaverunt Liberium de exilio.	Et revocato eo de exilio
	habitavit in cimiterio sanctae Agnis apud germanam Constanti Aug., ut quasi per eius rogatu rediret in civitatem; sed ipsa pro eo rogare noluit, quia fidelis erat in Christo.
Eodem tempore Constantius una cum Ursacio et Valente convocaverunt aliquos, qui ex fece Arriana erant,	Tunc Constantius cum Ursatio et Valente et alios, qui ex fece Arriana erant,
et misit et	

FELICIANA	*CONONIANA*
revocaverunt Liberium	revocaverunt Liberium Romam;
de cimiterio sanctae Agne, ubi sedebat; et ingressus Roma in ipsa hora Constantius fecit concilium cum hereticis,	factoque concilio cum hereticis
simul Ursatius et Valens, et ciecit Felice de episcopatu,	ciecerunt Felicem de episcopato.
qui erat catholicus, et revocavit Liberio. Ab eodem die fuit persecutio in clero, ita ut intra ecclesia presbiteri et clerici negarentur. Qui depositus Felix de episcopatu habitavit in prediolo suo, ubi requievit in pace III kl. Aug. Ingressus Liberius in urbe IIII non. Aug. consensit Constantio heretico; non tamen rebaptizatus est, sed consensum prebuit.	Habitavit in prediolo suo, ubi et requievit in pace IIII k. Aug. Ingressus Liberius urbem IIII non. Aug. consentit Constantio heretico; non tamen rebaptizatus Liberius.
	Tunc persecutio magna fuit in Roma, ita ut catholice clerici in ecclesias vel balnea non haberent introitum. Omnes itaque anni Felicis in huius ordine dinumerantur.
Fecit ordinationes II, presb. XVIII, diac. V, episcopos per loca VIII. Sepultus est in cimiterio Priscillae, via Salaria, V id. Sept. Cessavit episcopatus dies VI.	Fecitque ordinationes II, presb. XVIII, diac. V, episcopos VIII. Qui etiam sepultus est in cimiterio Priscille V id. Sep. Cessavit episcopatus dies VI.
XXXVIII. FELIX, natione Romanus, ex patre Anastasio, sedit ann. III. Hic declaravit Constantium hereticum et rebaptizatum secundum. Hic martyrio coronatur. Hic fecit basilica in via Aurelia, miliario ab urbe II, ubi et requievit. Hic fecit ordinationes per mens. Decemb., presb. XXI, diac. V, episcopos per loca XVIIII. Qui etiam capite truncatur cum multis clericis et fidelibus occulte, iuxta murus urbis, ad latus forma Traiani, III id. Novemb. Et exinde rapuerunt corpus eius nocte christiani cum Damaso presbitero et sepelierunt in basilica supra dicta XVII kl. Decemb. Cessavit episcopatus dies XXXVIII.	XXXVIII. FELIX, natione Romanus, patre Anastasio, sedit an. I mens. III dies II. Hic declaravit Constantium hereticum et rebaptizatum. Hic martyrio coronatur; fecitque basilicam via Aurelia, ubi et requiescit. Fecit ordinationem I, presb. XXI, diac. V, episcopos XVIII. Sepultusque est XVII k. Decemb. Cessavit episcopatus dies XXXVIII.

FELICIANA

XXXVIIII. DAMASVS, natione Hispanus, ex patre Antonio, sedit ann. XVIII mens. III dies XI. Fuit temporibus Iuliani.

Fecit basilicas II, una ad via Ardiatina, ubi requiescit.

Hic accusatur in crimine de adulterio; facto sinodo purificatur a XLIIII episcopis; damnaverunt Concordio et Calisto diaconos accusatores et iactaverunt de ecclesia. Hic fecit ordinationes V

per mens. Decemb.,

presb. XXXI, diac. XI, episcopos per loca LXI.

Sepultus est

in basilica sua III id. Decemb.

cum matre sua et germana.

Cessavit episcopatus dies XXXVI.

XL. SIRICVS, natione Romanus, ex patre Tiburtio, sedit an. XV

dies XXV.

Hic constitutum fecit de ecclesia et direxit per provincias. Constituit, ut sine consecrato episcopi loci cuiuslibet presbiter non licerit consacrari. Hic constituit heretico sub manus inpositione reconciliare. Hic fecit ordinationes V, presb. XXXI, diac. XVI, episcopos per loca XXXII. Sepultus est in cymitirio Priscille,

via Salaria,

VIII kl. Mart. Cessavit episcopatus dies XX.

XLI. ANASTASIVS, natione Romanus, ex patre Maximo, sedit ann. III dies X. Hic constituit, quotienscumque euangelia recitantur, sacerdotes non sederent.

Hic fecit ordinationes II, presb. V, diac. V, episcopos per loca XI. Sepultus est ad

CONONIANA

XXXVIIII. DAMASVS, natione Spanus, ex patre Antonio, sedit an. XVIII mens. III dies XI. Fuit autem temporibus Iuliani.

Hic dedicavit platomum in Catatumbas, ubi corpora Petri et Pauli apostolorum iacuerunt, quam et versibus ornavit.

Hic criminatur de adulterio et facto synodo purgatur a XVIIII episcopis, qui etiam damnaverunt Concordium et Calistum diaconus accusatores et iactaverunt de ecclesia. Hic fecit ordinationes V,

presb. XXXI, diac. XI, episcopos XLI.

Qui etiam sepultus est

via Ardiana,

in basilica, quam ipse fecit, III id. Decemb.

Cessavit episcopatus dies XXVI.

XL. SIRICVS, natione Romanus, ex patre Tiburtio, sedit an. XV.

Hic constitutum fecit de ecclesia et direxit per provincias. Et constituit, ut sine consecratum episcopi loco cuiuslibet presbitero non liceret consecrare. Hic constituit hereticum sub manu inpositione reconciliari. Hic fecit ordinationes V, presb. XXXI, diac. XVI, episcopos XXXII. Qui etiam sepultus est in cimiterio Priscille

VIII k. Mart. Et cessavit episcopatus dies XX.

XLI. ANASTASIVS, natione Romanus, patre Maximo sedit an. III dies XXVII. Hic constituit, ut, cum euangelia recitantur, sacerdotes non sederent,

sed curvi starent; et constituit, ut nullum clericum transmarinum suscipi, nisi V episcoporum designaret cirographum, propter Manicheos.

Hic fecit ordinationes II, presb. VIIII, diac. V, episcopos XI. Sepultusque est ad

FELICIANA	CONONIANA
Urso pilato V kl. Mai. Cessavit episcopatus dies XXI.	Urso pilato V k. Mai. Cessavit episcopatus dies XXI.
XLII. INNOCENTIVS, natione Albanensis, ex patre Innocentio, sedit ann. XV mens. I dies XXI. Hic constituit sabbatum ieiunium celebrari, ideo quia sabbatum dominus in sepulcro positus est et discipuli ieiunaverunt. Hic fecit ordinationes IIII	XLII. INNOCENTIVS, natione Albanensis, ex patre Innocentio, sedit an. XV mens. II dies XXII. Hic constituit sabbatum ieiunium celebrare, quia sabbato dominus in sepulcro positus est et discipuli ieiunaverunt. Hic fecit ordinationes IIII,
per Decemb.	
presb. XXX, diac. XII, episcopos per loca LIIII. Sepultus est ad Ursu pilato V kl. Iul. Cessavit episcopatus dies XXI.	presb. XXX, diac. XII, episcopos LIIII. Sepultusque est ad Urso pilato V k. Iul. Cessavit episcopatus dies XXII.
XLIII. ZOSIMVS, natione Grecus, ex patre Apromio, sedit ann. I mens. II dies XI. Hic constituit, ut diaconi leva tecta haberent de palleis linostimis per parrochias, et ut cera benedicatur.	XLIII. ZOSIMVS, natione Grecus, ex patre Abramio, sedit an. VII mens. VIIII dies XXIIII. Fecit constitutum, ut diacones leva tecta haberent de palleis linostimis per parochias, et ut cera benedicatur,
	et ut nullus clericus in poculum publicum propinaretur, nisi tantum celle fidelium, maximae clericorum.
Hic fecit ordinationem I	Hic fecit ordinationem I,
per mens. Decemb.,	
presb. X, diac. III, episcopos per loca VIIII. Sepultus est iuxta corpus beati Laurenti,	presb. X, diac. III, episcopos VIIII. Sepultusque est iuxta corpus beati Laurenti martyris
via Tiburtina,	
VII kl. Ian. Cessavit episcopatus dies XI.	VII k. Ian. Et cessavit episcopatus dies XI.
XLIIII. BONIFATIVS, natione Romanus, ex patre Iocundo presbitero, sedit ann. III mens. VIIII dies VI. Hic sub intentione cum Eolalio ordinatore fuit dissensio in clero mens. VII dies XV. Et facto synodo deponitur Eolalius	XLIIII. BONIFATIVS, natione Romanus, ex patre Iocundo presbitero, sedit an. III mens. VIII dies VI. Hic sub intentione cum Eulalio ordinatur et fuit dissensio in clero menses IIII et dies XV. Et facto synodo deponitur Eulalius
sub aliis episcopis,	a LII presbiteris,
quia iuste non fuerat ordinatus, et ex consensu omnium sedit Bonefacius presul et constituitur Eolalius in civitatem Nepessinam episcopus. Hic constituit, ut nulla mulier vel monacha	quia iniuste fuerat ordinatus, et ex consensu omnium sedit Bonifacius praesul et constituitur Eulalius in civitate Nepissana episcopus. Hic constituit, ut nulla feminarum
palla sacrata contingerit	palla sacrata contingerit
aut lavarit	
aut incensum ponerit in ecclesia nisi minister; nec servum clericum fieri.	aut incensum poneret in ecclesia nisi minister; nec servum clericum fieri,
	nec obnoxium curie vel cuiuslibet rei.
Hic fecit ordinationem I	Hic fecit ordinationem I,

FELICIANA

per mens. Decemb.,

presb. XIII, diac. IIII, episcopos per loca XXXVI. Sepultus est in cimityrio sanctae Felicitatis,

via Salaria,

VIII kl. Novemb. Cessavit episcopatus dies VIIII.

XLV. CAELESTINVS, natione Campanus, ex patre Prisco, sedit ann. VIII mens. X dies XVII. Hic fecit, ut psalmi CL

David

ante sacrificium psalli, quod ante non fiebat, nisi tantum

epistolae Pauli apostoli et sanctum euangelium, et sic missae celebrabuntur. Hic fecit ordinationes III

per mens. Decemb.,

presb. XXXII, diac. XII, episcopos per loca XLVI. Sepultus est in cimityrio Priscillae,

via Salaria,

VIII kl. April. Cessavit episcopatus dies XXI.

XLVI. XYSTVS, natione Romanus, ex patre Xysto, sedit ann. VIII dies XVIIII. Hic a quodam Basso incriminatus accusatur; ex precepto Valentiani Aug. cum magna examinatione, factum synodum, purgatur a LIIII episcopis et eiecit Bassum a communione.

Hic fecit ordinationes, presb. XXVIII, diac. XXII, episcopos per loca LII. Sepultus est via Tiburtina,

in cripta

CONONIANA

presb. XIII, diac. III, episcopos XXXVI. Qui etiam sepultus est in cimiterio sanctae Felicitatis

VIII k. Novemb. Cessavit episcopatus dies VIIII.

XLV. CAELESTINVS, natione Campanus, ex patre Prisco, sedit an. VIIII mens. X dies XVII. Hic constituit, ut psalmi CL

ante sacrificium psalli, quod ante non fiebat, nisi tantum

recitabatur

epistola Pauli apostoli et sanctum euangelium, et fiebant missae. Hic fecit ordinationes III,

presb. XXXII, diac. XII, episcopos XLVI. Sepultusque est in cimiterio Priscille

VIII id. April. Et cessavit episcopatus dies XXI.

XLVI. SYSTVS, natione Romanus, ex patre Xysto, sedit an. VIII dies XVIIII. Hic a quodam Basso incriminatur; et ex praecepto Valentiniani Aug. cum magna examinatione, facto synodo, purgatur a LVI episcopis et egecerunt Bassum a communione.

Hic fecit basilica sanctae Mariae iuxta macellum Libiae et confessionem beati Petri apostoli exornavit de argento. Huius temporibus Valentinianus Aug. ornavit basilicas beati Petri et Pauli ex auro argentoque plurimum, et in Constantiniana basilica fecit fastigium argenteum, quod a barbaris sublatum fuerat, et in alias quamplures basilicas Romanas multa dona obtulit Valentinianus Aug.

Fecit ordinationes III, presb. XXVIII, diac. XXII, episcopos LII. Qui etiam sepultus est via Tiburtina,

FELICIANA

ad sanctum Laurentium. Cessavit episcopatus dies XXI.

XLVII. LEO, natione Tuscus, ex patre Quintiano, sedit ann. XXI mens. I dies XIII.

Hic fecit constitutum de ecclesia. Hic invenit duas hereses, Euthicen et Nestorium; et per rogato Marciani Agusti orthodoxi principes ex huius preceptum factum est concilium sanctorum episcoporum in Calcidona Orientis, in basilica sanctae martyris Euphemiae, et congregat CCLXVI sacerdotes et aliorum, quorum cyrographus cucurrit, CCCCVI episcoporum, qui condemnaverunt Eutichen et Nestorium. Et post dies XLII item in unum congregati cum cyrographis, qui presentis fuerunt exponentes fidem MCC episcopi cum Augusto Marciano piissimo, qui fidem suam una cum Augusta Placidia publice ante conspectum sanctorum sacerdotum episcoporum declaravit, ubi iterum damnatus Eutices. Et postmodum rogat imperator Martianus simul cum episcopis CL et misit sacra rogans Leone papa, ut fidem expositam fidei catholicae et apostolicae ei dirigerit. Beatus vero Leo exposuit et direxit thomum et firmavit synodum sanctum.

Hic

fecit epistolas multas exponens fidem catholicam rectam, quae hodie arcivo ecclesiae Romane tenentur,

et decretalem, quem per universum mundum spargens seminavit.

Hic fecit ordinationes IIII

per mens. Decemb.,

presb. LXXXI, diac. XXXI, episcopos per loca CLXXV.

CONONIANA

ad sanctum Laurentium. Et cessavit episcopatus dies XXII.

XLVII. LEO, natione Tuscus, ex patre Quintiano, sedit an. XXI mens. I dies XIII.

Hic ministeria Romanae ecclesiae post bellum Wandalicum renovavit.

Hic

cum multis episcopis

exponens fidem catholicam rectam, que hodie archivo ecclesiae Romanae tenetur,

propter heresim Euticium et Nestorium, qui eius temporibus damnantur.

Hic fecit ordinationes VII,

presb. LXXVII, diac. XXX, episcopos CLXXV.

Hic renovavit basilica beati Petri et beati Pauli apostolorum post ignem divinum; fecit et multas basilicas. Hic propter nomen Romanorum ambulavit ad regem Chunorum Atthilam et liberavit totam Ita-

FELICIANA	*CONONIANA*
	liam. Hic constituit monasterium apud beatum Petrum apostolum. Hic constituit, ut intra accionem diceretur sanctum sacrificium et cetera.
Hic constituit, ut monacha non acceperit velaminis capitis benedictione, nisi probata fuerit in virginitate LX annorum.	Hic constituit, monacha non acciperit velaminis capitis benedictionem, nisi probata fuerit in virginitate XL annos.
	Hic constituit, super sepulcrum custodes, qui dicuntur cubicularii.
Sepultus est in basilica beati Petri III id. April. Cessavit episcopatus dies VII.	Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri III id. April. Cessavit episcopatus dies VII.
XLVIII. HILARVS, natione Sardus, ex patre Crispiniano, sedit ann. VI mens. III dies X.	XLVIII. HILARVS, natione Sardus, ex patre Piniano, sedit an. VI mens. III dies X.
Hic fecit decretalem et per universam Orientem direxit, et epistolas de fide catholica.	
	Hic fecit multa vasa et diversa ornamenta apostolorum Petri et Pauli et in Constantiniana et sancto Laurenti et sancta Maria ornavit.
Hic fecit ordinatione I	Hic fecit ordinationem I,
per mens. Decemb.,	
presb. XV, diac. VI, episcopos per loca XXII. Sepultus est ad sanctum Laurentium,	presb. XXV, diac. VI, episcopos XXII. Qui etiam sepultus est ad sanctum Laurentium,
in cripta,	
iuxta corpus beati Xysti. Cessavit episcopatus dies X.	iuxta corpus sancti Xysti. Et cessavit episcopatus dies X.
XLVIIII. SIMPLICIVS, natione Tyburtinus, ex patre Castino, sedit ann. XV mens. I dies VII. Hic constituit ad sanctum Petrum et ad sanctum Paulum et ad sanctum Laurentium ebdomadas, ut presbiteri manerent propter baptismum et penitentiam petentibus: de regione prima ad sanctum Paulum, de regione III ad sanctum Laurentium, de regione VII ad sanctum Petrum.	XLVIIII. SIMPLICIVS, natione Tyburtinus, ex patre Castino, sedit an. XV mens. I dies VII. Hic constituit ad sanctum Petrum et ad sanctum Paulum et ad sanctum Laurentium ebdomadas, ut presbiteri manerent propter baptismum et penitentia petentibus: de regione tertia ad sanctum Laurentium, de regione prima ad sanctum Paulum, de regione VII ad sanctum Petrum.
Huius episcopatum venit relatio de Gretia ab Acatio, qui fuit episcopus Constantinopolitanus, et adfirmabat Petro Alexandrino Euthiciano heretico; facta petitione ab Acatio venit. Tunc fuit ecclesia exequens. Tunc Symplicius presul damnavit Petro Alexandrino, de quo Acatius innumerabilia crimina adfirmabat. Eodem tempore rescripsit Timotheus catholicus et Acatius di-	

FELICIANA

centes, quia vero in mortem presbiteri catholici Petrum esse mixtum. Tunc papa Symplicius dissimulans numquam scripsit Acatio, sed damnavit Petro.

Hic fecit ordinationes

per mens. Decemb.

III, presb. LVIII, diac. XI, episcopos per loca LXXXII. Sepultus est ad beato Petro VI non. Mart. Et cessavit episcopatus dies V.

L. Felix, natione Romanus, ex patre Felice presbitero, sedit ann. VIII mens. XI dies XV.

Huius episcopatum iterum venit relatio a patres Greciarum, Petrum Alexandrino revocatum ad communionem ab Acatio. Tunc venerabilis papa Felix mittens defensore ex constituto synodi sedis suae, et damnavit Acatio cum Petro. Post annos III iterum venit relatio ab imperatore Zenonem, ut paenitens rediret Acatius. Tunc papa Felix fecit concilium, ex consensum misit duos episcopos Mesenum et Vitalem, ut, si invenirent conplicem Petri Acatium, iterum damnarent; si non, offerrent libellum paenitentiae. Qui dum introissent in civitatem Constantinopolim, corrupti pecuniae datum supra dicti episcopi non fecerunt secundum preceptum sedis apostolicae. Venientes vero Romam ad sedem apostolicam, fecit papa Felix concilium; et examinatione facta in concilio invenit eos reos et eiecit Mesenum et Vitalem episcopos a communionem. Tunc Mesenus episcopus non se tacuit corruptum per pecunia; cui concilius concessum tempus paenitentiae. Hoc vero facto temporibus Odovagri regis.

Hic fecit ordinationes II

per mens. Decemb.,

presb. XXVIII, diac. V, episcopos per loca XXXI. Sepultus est apud beato Paulo. Cessavit episcopatus dies V.

LI. Gelasivs, natione Afer, ex patre Valerio, sedit ann. IIII mens. VIII

dies VIII.

Fuit temporibus Theodorici regis et Zenonis Aug.

CONONIANA

Hic fecit ordinationes

III, presb. LVIII, diac. XI, episcopos LXXXII. Sepultusque est ad beatum Petrum VI non. Mart. Cessavit episcopatus dies VI.

L. Felix, natione Romanus, ex patre Felice presbitero, sedit an. VIII mens. XI dies XVII.

Hic fecit ordinationes II,

presb. XXVIII, diac. V, episcopos XXXI. Sepultusque est apud beatum Paulum. Cessavit episcopatus dies V.

LI. Gelasivs, natione Afer, ex patre Valerio, sedit an. IIII mens. VIII.

Fuit autem temporibus regis Theoderici et Zenonis Aug.

FELICIANA	*CONONIANA*
Hic sub gesta synodi cum fleto sub satisfactione libelli purgatum Mesenum episcopum revocavit.	
Hic fecit	Hic fecit
	libros V adversus Nistorium et Euticen; fecit et hymnos in modo beati Ambrosii; fecit et duos libros adversus Arrium, fecit et
sacramentorum prefationes cauto sermone et epistolas fidei elimato sermone. Hic fecit ordinationes III	sacramentorum prefationes cauto sermone et epistolas fidei delimato sermone. Hic fecit ordinationes II,
per mens. Decemb.,	
presb. XXXII, diac. II, episcopos per loca LXVII. Sepultus est apud beatum Petrum XI kal. Decemb. Cessavit episcopatus dies VII.	presb. XXXII, diac. II, episcopos LXVII. Qui etiam sepultus est apud beatum Petrum XI k. Decemb. Cessavit episcopatus dies VII.
LII. ANASTASIVS, natione Romanus, ex patre Petro, sedit ann. I mens. XI dies XXXIIII.	LII. ANASTASIVS, natione Romanus, ex patre Petro, sedit an. I mens. XI dies XXIIII.
	Hic fecit confessione beati Laurenti. Huic clerus et presbiteri multi se eregerunt a communione, eo quod communicasset sine consilio eorum diacono Thesalonicensi nomen Futino.
Hic fecit ordinationem I	Hic fecit ordinationem I,
per mens. Decemb.,	
presb. XII, episcopos per loca VIIII. Sepultus est apud beatum Petrum	presb. XI, episcopos VIII. Sepultusque est ad beatum Petrum
in Vaticanum	
XII kal. Decemb. Et cessavit episcopatus dies VI.	XIII k. Decemb. Cessavit episcopatus dies VI.
LIII. SYMMACHVS, natione Sardus, ex patre Fortunato, sedit ann. XV mens. VII dies XXXVI. Hic fuit temporibus Theodorici heretici et Anastasi	LIII. SYMMACHVS, natione Sardus, ex patre Fortunatu, sedit an. XV mens. VI dies XXVII. Hic fuit temporibus Theoderici heretici et Anastasii
Euthiciani	
Aug. Hic amavit clerum et pauperes,	Aug. Hic amavit clero et pauperes;
bonus, prudens, humanus, gratiosus;	
et cum eo ordinatur Laurentius sub intentione episcopus.	et cum eo ordinatur Laurentius sub intentione episcopatus.
Ex qua causa separata aliqua pars clericorum vel senatorum, alii cum Symmachum et alii cum Laurentium.	
Et facta intentione hoc constituerunt	Et facta intentione hoc constituerunt,
pariter,	
ut ambo Ravennam peterent ad iuditium	ut ambo Ravennam pergerent ad iudicium

FELICIANA	*CONONIANA*
regis Theodorici. Qui dum pervenissent, hoc iudicatum aequitatis invenit, ut qui prior ordinatus fuisset vel ubi pars maxima consentiretur, ipse sederit in sede apostolica; quod tamen aequitas in Symmachum invenit	regis Theoderici. Qui cum pervenissent, hoc iudicium equitatis invenit, ut qui prior ordinatus fuisset vel ubi pars maxima consentiretur, ipse sederet in sede apostolica; quo tamen aequitas in Symmachum invenit.
et cognitio veritatis, et fuit praesul beatus Symmachus.	
Eodem tempore papa Symmachus	Tunc beatus Symmachus papa
fecit synodo et	
constituit Laurentium in Noceria civitate episcopum, intuitu misericordiae. Post annos vero IIII, zelo	constituit Laurentium episcopum in Nucheria civitate, intuitu misericordiae Post annos vero IIII, zelo
et dolo	
ducti aliqui ex clero et aliqui ex senato incriminant Symmachum	ducti aliqui ex clero et aliqui ex senatu incriminant Symmachum;
et suburnant testes falsos,	
quos miserunt	miserunt
Ravennam	
ad regem Theodoricum hereticum, accusantes beatum Symmachum; et occulte revocant Laurentium Romam; et fecerunt schisma et separaverunt se	ad regem Theoderico hereticum, accusantes beatum Symmachum; et occulte revocant Laurentium Romam; et fecerunt scismam et separaverunt se
ab invicem	
pars aliqua a communione Symmachi,	pars aliqua a communione Symmachi,
mittentes relationem regi,	
et petunt a rege Theoderico visitatorem sedis apostolice	petentes a rege heretico visitatorem
Petrum Altinantem. Eodem tempore beatus Symmachus congregavit episcopos CXV, et facto synodo purgatur a crimine falso et damnatur Petrus Altinans	Petrum Altinatim. Tunc beatus Symmachus congregavit episcopos CXV. et facto synodo purgatur a crimine falso et damnatur Petrus Altinas
invasor sedis apostolicae	
et Laurentius Nocerinus.	et Laurentius Nucerinus;
Tunc ab omnibus episcopis et presbiteris et diaconis et clero reddintegratur sede apostolicae beatus	
Symmachus cum gloriam apud beatum Petrum sedere praesul.	Symmachus vero cum magno honore sedit in sede sua.
	Tunc Festus patricius cepit intra urbe cedes facere in clero, qui communicabant beato Symmacho, et deponens mulieres sanctimoniales de habitaculis suis, denudans sexum femineum, cedens fustibus, ibique multos sacerdotes occidit. Fuit autem beatus Symmachus a consolatu Paulini usque

FELICIANA

Fecit ordinationes
in urbe Roma
IIII
per mens. Decemb.,
presb. XLVII, diac. XV, episcopos per loca CXVII. Sepultus est apud beatum Petrum sub die XIIII kl. Aug.
in pace.
Cessavit episcopatus dies III.

LIIII. HORMISDA, natione Campanus, ex patre Iusto, de civitate Frisione, sedit ann. VIIII dies XVI.

Huius episcopatum auctoritate, ex constituto synodo, misit in Grecia secundum humanitatem sedis apostolicae et reconciliavit Grecos, qui obligati erant sub anathemate propter Petro Alexandrino et Acatio Constantinopolitano. Hic papa perrexit ad regem Theodericum Ravennam et ex consilio regis direxit Ennodio episcopo Ticinense et Fortunato episcopo Cathenense et Euantium presbiterum urbis et Vitalem diaconum urbis: euntes ad Anastasio Aug., ut sub libelli satisfactione revocarentur, nihil egerunt. Item secundo misit Hormisda Ennodium et Peregrinum episcopos et Pollione subdiacono urbis et portaverunt epistolas fidei et contestationes secretas numero XVIIII et libellum, per quem redirent; quod si noluissent epistulae suscipere contestationes, per civitates spargerent. In quo noluit consentire Anastasius Aug., eo quod erat in herese Euthici consentiens. Volens itaque eos per remunerationem corrumpere: illi autem contempto principe nullatenus consenserunt accipere pecunias. Furore accensus imperator eiecit eos per locum periculosum et inposuit

CONONIANA

ad consolatum Senatoris, a X k. Decemb. usque XIII k. Aug. Hic fecit basilicam sancti Andreae apostoli ad sanctum Petrum et ornavit tam eam quam alias quamplures ex auro argentoque plurimo. Hic fuit constructor ecclesiarum ; ampliavit clero et donum presbiterii triplicavit et pauperibus vestes et alimoniam triplicavit et multa alia bona, quae enarrare longum est.
Fecit ordinationes

IIII,

presb. XCVIII, diac. XVI, episcopos CXVIII. Qui etiam sepultus est apud beatum Petrum IIII k. Aug.

Cessavit episcopatus dies VI.

LIV. HORMISDA, natione Campanus, ex patre Iusto, de civitate Frisinone, sedit an. VIIII dies XVII.

Hic habuit certamina per epistolis suis contra Anastasium imperatorem hereticum.

FELICIANA

eos in nave sub periculo mortis cum magistrianum et prefectianum Heliodorum et Demetrium; et hoc dedit in mandatis imperator, ut nullam civitatem ingrederentur. Illi vero secretius supra scriptas epistolas fidei XVIIII per manus monachorum catholicorum posuerunt epistolas per omnes civitates. Quae tamen epistolae susceptae ab episcopis civitatum consentientes Anastasio Aug. heretico, timore omnes eas Constantinopolim direxerunt in manus Anastasi.

Furia ductus Anastasius papae Hormisdae inter alia sacra

haec scripsit, dicens: Nos iubere volumus, non nobis iuberi. Percussus divino ictu Anastasius interiit. Sumpsit itaque imperio Iustinus orthodoxus; et mittens ad sedem apostolicam

ad papam Hormisda Gratum et inlustrem nomine, et hoc speravit ut ligati dirigerentur ad sedem apostolicam, tamen cum consilio regis Theodorici.

Et direxit Germanum episcopum Capuano et Iohanne episcopo et Blando presbitero et Felicem diaconum sedis apostolicae et Dioscorum diaconum sedis suscepit, quos munitus ex omni parte fidei una cum libello, quomodo redirent Greci ad communione sedis apostolice. Qui venientes iuxta Constantinopole, occurrit illis multitudo monachorum et inlustrium virorum, in quibus Iustinus imperator et Vitalianus magister militum, simul a Castello Rotundo quod dicitur usque in civitate Constantinopolim cum gloria et laudes ingressi sunt, una cum Grato inlustri. Ingressi itaque in civitate suscepti sunt a Iustino Aug. orthodoxo cum gloria. Omnis itaque clerus Constantinopolitanus una cum Iohanne episcopo, sentientes eo quod gratae suscepti sint, incluserunt se intra ecclesiam maiore quae vocatur sancta Sofia, et consilio facto mandaverunt imperatori, dicentes: Nisi nobis reddita fuerit ratio, quare damnatus

CONONIANA

Inter alia multa, quae Anastasius ei direxit,

haec scripsit, dicens: Nos iubere volumus, non nos iuberi. Percussus divino ictu fulmini interiit. Sumpsit itaque imperium Iustinus ortodoxus et misit ad sedem apostolicam.

Fecit autem papa Ormisda in ecclesia Romana per multas basilicas diversa ornamenta ex auro et argento.

FELICIANA	*CONONIANA*
est episcopus civitatis nostrae Acatius, nullatenus sentimus sede apostolicae. Et facto concilio simul cum Iustino Aug. in conspectu omnium inlustrium, tunc legati sedis apostolicae elegerunt ex suis Dioscorum diaconum ad reddendam rationem. Qui ita exposuit eis culpas Acatii, ut etiam omnes simul cum Iustino Aug. adclamarent dicentes: Et hic et in aeternum damnetur Acatius. Eodem tempore iussit Iustinus Aug. accepta veritate, ut sine aliqua dilatione facerent libello omnes episcopi qui in regno Iustini erant et redeant ad communionem sedis apostolicae, quod etiam factum est. Et concordaverunt ab Oriente usque ad Occidente et cucurrit pax ecclesiae. Qui textus libelli hodie arcivo ecclesiae reconditus tenetur. Hic invenit Manicheos, quos etiam discussit sub examina plagarum; quorum codices incendio consumpsit ante foris basilicae Constantiniani. Huius temporibus episcopatus Africae reordinatur post annos LXXIIII, quod ab hereticis fuerant exterminati a tempore persequutionis. Eodem tempore venit corona aurea cum gemmis preciosissimis donum a rege Francorum.	
Hic fecit ordinationes presbiteros episcopos per loca. Sepultus est apud beatum Petrum VII id. Aug.	Fecit ordinationes presbiteros episcopos per diversa loca. Qui etiam sepultus est apud beatum Petrum VIII id. Aug.
	consulatu Maximi iun.
Cessavit episcopatus dies VI.	Et cessavit episcopatus dies VI.
LV. IOHANNES, natione Tuscus, ex patre Constantio, sedit ann. II mens. VIII dies XV, a consulato Maximi usque ad consulatum Olibri.	LV. IOHANNES, natione Tuscus, ex patre Constantio, sedit an. II mens. VII dies XV, a consulatu Maximi usque ad consulatum Olibri iun.
Hic vocatur a rege Theodorico Ravenna; quem	Hunc Theodericus
rex rogans misit in legatione	rex rogans misit in legationem
Constantinopolim	
ad Iustino Aug.	ad Iustinum imperatorem,
vir religiosus,	
qui summo amore religionis christianae voluit hereticos extricare.	quia Iustinus summo amore religionis christianae voluit hereticos perdere,
Nam summo fervore ecclesias Arrianorum in catholica dedicavit.	
Exinde iratus	et exinde iratus

FELICIANA	*CONONIANA*
Theodoricus Arrianus	rex Theodericus christianis
voluit totam Italiam	voluit Italia
gladio	
perdere. Tunc Iohannes venerabilis papa	perdere. Tunc Iohannes papa
egressus,	
cum fletu	cum fletu,
et mugitu ambulavit,	
et viri religiosi et consules	et viri religiosi ex consolibus,
et patricii Theodorus, Inportunus, Agapitus et alius Agapitus,	
hoc accipientes in mandatum legationis, ut redderentur ecclesias hereticis in parte Greciarum: quod si non fuerit factum, omnem Italiam gladio perderet	hoc accipientes in mandatum legationis, ut redderentur ecclesias suas haereticis in partes Greciarum: quod si ita non fuerit factum, omnem Italiam ad gladium perderet
Iustinus Aug.	rex Theodericus.
	Qui dum introissent omnes suprascripti cum Iohanne papa Constantinopolim, occurrerunt eis a miliario XII in honore apostolorum, desiderantes post beatum Silvestrum papam temporibus Constantini meruissent partibus Greciae vicarium sancti Petri suscipere. Et Iustinus Aug. adoravit beatum Iohannem, de cuius manibus coronatus est.
Cui vero simul et senatoribus tantis et talibus exconsulibus et patriciis civitatis urbis Romae, Flavium	Tunc
Theodorum viris inlustribus,	Theodorum virum inlustrem
praecedentem omnium dignitatum splendorem, sed et Inportunum viro inlustri ex consulibus, et Agapito viro inlustri ex consulibus, et alio Agapito patricio, omnem	cum aliis nobilis, qui cum beato Iohanne papa venerant,
concessit petitionem: propter sanguinem Romanorum reddidit hereticis ecclesias.	concessit petitiones: propter sanguinem Romanorum reddidit hereticis ecclesias suas.
Et dum actum fuisset in partes Greciarum secundum voluntatem Theodorici regis heretici, maxime sacerdotes vel christiani ad gladio mitterentur,	
illud vero beatissimo Iohanne episcopo sed et viros inlustris positus Constantinopoli, rex Theodoricus tenuit duos senatores ex consulibus et patricius, gladio interfecit, Boetium et Symmachum,	Dum vero Iohannem episcopum una cum viris inlustris positum in Constantinopolim, rex Theodericus tenuit duos senatores, Bothium et Symmacum patricium, gladio interfecit et
quorum etiam corpora	

FELICIANA	*CONONIANA*
abscondi praecepit.	abscondi praecepit.
Venientes vero hii supra dicti viri inlustres cum Iohanne episcopo,	Veniens vero Iohannes papa cum supra dictis viris inlustris,
omnia per ordinem acta, Agapito patricio defuncto in Grecias,	
suscepti sunt a rege Theoderico cum dolo	suscepti sunt a Theoderico in dolo:
et grande odio Iohannes episcopus etiam et senatores viros inlustres religiosus suscepit. Quos itaque cum tanta indignatione suscipiens,	
gladio eos voluit punire, sed metuens	voluit eos gladio ponire, sed metuens
indignatione	
Iustini Aug.	Iustini Aug.
orthodoxi, non fecit:	
tamen in custodia omnes cremavit, ita ut beatus Iohannes	tamen in custodia omnes cremavit, ita ut beatus Iohannes
papa	
in custodia	in custodia
adflictione	
maceratus	maceratus
deficiens	
moreretur.	moreretur
Qui vero defunctus est	
Ravenna	in Ravenna
cum gloria	
XV kl. Iun.,	XV k. Iun.
in custodia regis Theoderici.	
Post hoc nutu dei omnipotentis XLVIII die	Tunc post XCVIII dies
postquam defunctus est Iohannes episcopus in custodia,	
subito Theodericus rex interiit divinitate percussus.	Theodericus rex fulmine percussus interiit.
	Adtullit autem beatus Iohannes de Grecia auro gemmis argentoque exornavit basilicas multas.
Hic ordinationes fecit	Fecit ordinationes
	episcoporum
per loca. Cessavit episcopatus dies X.	per diversa loca. Et cessavit episcopatus dies LVIII.
LVI. FELIX, natione Samnita, ex patre Castorio, sedit ann. II dies XIIII, a consulato Aburti usque in consulato Lampadi et Oristis, a die IIII id. Iul. usque in die IIII id. Octob.	LVI. FELIX, natione Samnius, ex patre Castorio, sedit an. IIII mens. II dies XIII, a consulatu Maburti usque in consulatum Lampadi et Orestis, a die IIII id. Iul. usque in diem IIII id. Oct.

FELICIANA	*CONONIANA*
Hic fecit basilica sanctorum Cosme et Damiani in urbe Roma iuxta templum urbis Romae.	
	Qui etiam ordinatus est ex iusso Theoderici regis et
Obiit temporibus Attalarici regis, sub die III Octob.	obiit tempore Athalarici regis, sub die IIII id. Oct.
	cons. ss.
Qui sepultus est apud beato Petro. Hic fecit ordinationes II, presb. LII, diac. IIII, episcopos per loca XXVIIII. Cessavit episcopatus dies I.	Qui sepultus est ad beatum Petrum. Cessavit episcopatus dies III. Hic fecit ordinationes II, presb. LII, diac. IIII, per mens. Feb., episcopos XXVIIII.

INDICES.

I. EPISCOPI ECCLESIAE ROMANAE.

II. PERSONAE.

III. LOCI.

IV. VOCABVLA.

† cruce praeposita notantur corrupta.

* asteriscus numeris episcoporum adpositus locum primarium significat.

F significat epitomam Felicianam.

C significat epitomam Cononianam.



I. EPISCOPI ECCLESIAE ROMANAE.

PETRVS 1, 4 (= 229 *F. C.*). 2—4* (= 230—231 *F. C.*). 5, 5. 7 (= 231 *F. C.*). 6, 8. 10 (= 231 *F. C.*). 7, 8. 10. 8, 5. 6. 7 (= 232 *F. C.*). 29, 5 (= 238 *F. C.*). 8 (= 239 *F. C.*). 57, 1. 2. 4 (= 246 *C.*). 8. 58, 17 (= 246 *C.*). 60, 13 (= 246 *C.*). 75, 4. 83, 19. 26 (= 250 *C.*). 98, 3 (= 252 *C.*). 7. 121, 25 (= 257 *F.*). 130, 23. 134, 17. 21 (= 261 *C.*). 23. 135, 7. 141, 11. 146, 12. 149, 7. 12. 150, 7. 164, 2. 175, 19. 178, 5. 186, 5. 195, 23. 211, 21. 24. 212, 15. 213, 25. 214, 1. 219, 20. 222, 15. 229 (*F.*). *cf. pag. 279. 280. 281 (saepius). 283. 284*

LINVS 3, 4. 5* (= 231 *F. C.*). 7, 11. 229 (*F.*)

CLETVS 3, 4. 6* (= 231 *F. C.*). 7, 11. 229 (*F.*)

CLEMENS I 3, 11. 7* (= 231—232 *F. C.*). 229 (*F.*)

ANENCLETVS 8* (= 232 *F. C.*). 229 (*F.*)

EVARISTVS 9* (= 232 *F. C.*). 229 (*F.*)

ALEXANDER I 10* (= 232—233 *F. C.*). 229 (*F.*)

XYSTVS I 11* (= 233 *F. C.*). 229 (*F.*)

TELESPHOR 12* (= 233—234 *F. C.*). 229 (*F.*)

HYGINVS 13* (= 234 *F. C.*). 229 (*F.*)

PIVS I 14* (= 234—235 *F. C.*). 18, 6 (= 235 *F.*). 229 (*F.*)

ANICETVS 15* (= 234 *F. C.*). 229 (*F.*)

SOTER 16* (= 235 *F. C.*). 229 (*F.*)

ELEVTHER 17* (= 235 *F. C.*). 18, 6 (= 235 *C.*). 229 (*F.*)

VICTOR I 18—19* (= 235—236 *F. C.*). 229 (*F.*)

ZEPHYRINVS 20* (= 236 *F. C.*). 229 (*F.*). *cf. p. 280*

CALLISTVS I 21* (= 236 *F. C.*). 229 (*F.*). *cf. p. 280*

VRBANVS 22—23* (= 237 *F. C.*). 229 (*F.*)

PONTIANVS 24—25* (= 237 *F. C.*). 229 (*F.*)

ANTEROS 24, 9. 26* (= 237—238 *F. C.*). 229 (*F.*)

FABIANVS 25, 1 (= 237 *F. C.*). 27* (= 238 *F. C.*). 230 (*F.*)

CORNELIVS 28—31* (= 238—239 *F. C.*). 105, 4. 230 (*F.*). *cf. pag. 280. 282*

LVCIVS 32* (= 239—240 *F. C.*). 230 (*F.*)

STEPHANVS I 32, 12 (= 239 *C.*). 33* (= 240 *F. C.*). 230 (*F.*)

XYSTVS II 33, 8. 9. 34—35* (= 240 *F. C.*). 230 (*F.*)

DIONYSIVS 36* (= 241 *F. C.*). 230 (*F.*)

FELIX I 37* (= 241 *F. C.*). 230 (*F.*). *cf. pag. 280*

EVTYCHIANVS 38* (= 241—242 *F. C.*). 230 (*F.*)

GAIVS 33, 8. 39—40* (= 242 *F. C.*). 230 (*F.*)

MARCELLINVS 41—42* (= 242—243 *F. C.*). 230 (*F.*)

MARCELLVS 43—44* (= 243 *F. C.*). 154, 15. 230 (*F.*). *cf. pag. 283*

EVSEBIVS 45* (= 243 *F. C.*). 230 (*F.*)

MILTIADES 46* (= 243—244 *F. C.*). 230 (*F.*)

SILVESTER 47—72* (= 244—247 *F. C.*). 100, 15. 134, 19 (= 261 *C.*). 21. 160, 18. 230 (*F.*). *cf. pag. 280. 284*

MARCVS 73—74* (= 247 *F. C.*). 230 (*F.*)

IVLIVS I 75—76* (= 247—248 *F. C.*). 230 (*F.*). *cf. pag. 280. 282*

LIBERIVS 77—79* (= 248—249 *F. C.*). 230 (*F.*)

FELIX II 77, 5. 6 (= 248 *F. C.*). 78, 14 (= 249 *F. C.*). 17 (= 249 *F.*). 79, 2 (= 249 *C.*). 80—81* (= 249 *F. C.*). 230 (*F.*). *cf. pag. 277*

DAMASVS 1, 1. 10 (= 229 *F. C.*). 81, 12 (= 249 *F.*). 82—84* (= 250 *F. C.*). 219, 11. 230 (*F.*). *cf. pag. 280*

SIRICIVS 85—86* (= 250 *F. C.*). 230 (*F.*)

ANASTASIVS I 87* (= 250—251 *F. C.*). 230 (*F.*)

INNOCENTIVS I 88—90* (= 251 *F. C.*). 230 (*F.*)

ZOSIMVS 91* (= 251 *F. C.*). 230 (*F.*)

BONIFATIVS I 92—93* (= 251—252 *F. C.*). 230 (*F.*)

CAELESTINVS 94—95* (= 252 *F. C.*). 230 (*F.*)

XYSTVS III 96—100* (= 252—253 *F. C.*). 111, 4 (= 254 *F. C.*). 230 (*F.*)

LEO I 100, 16. 101—106* (= 253—254 *F. C.*). 107, 10. 196, 1. 214, 16. 230 (*F.*)

HILARVS 107—111* (= 254 *F. C.*). 230 (*F.*)

SIMPLICIVS 112—113* (= 254—255 *F. C.*). 230 (*F.*)

FELIX III 114—115* (= 255 *F. C.*). 230 (*F.*)

GELASIVS 116—118* (= 255—256 *F. C.*). 230 (*F.*)

ANASTASIVS II 119* (= 256 *F. C.*). 230 (*F.*)

